UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

### Cicero, Marcus Tullius

### Basileæ, MDCLXXXII

Liber decimus tertius

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1133

Visual Library

# M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARUM LIBER DECIMUSTERTIUS, AD ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.

1 AD Ciceronem ita ſcripſiſti, 1 ulli ut neq; ſeverius, 2 neque temperatius ſcribi potuerit; nec 3 magis, quàm quemadmodum ego maxime vellem. prudentiſſimè etiam ad Tullios, quare aut iſta proficient, aut aliud agamus. De pecunia verò, video, à te omnem diligentiam adhiberi, vel potius jam adhibitam: 4 quod ſi efficis, à te hortos habebo. nec verò ullum genus profeſſionis eſt, quod malim, maximè ſcilicet ob eam cauſam, quæ ſuſcepta eſt; cujus feſtinationem mihi tollis quoniam de æſtate polliceris, vel potius recipis: deinde etiam ad 5 καταβίωσιν, mœſtitiamque *minuendam* nihil mihi 6 reperiri poteſt aptius; cujus rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim. ſed me ipſe revoco. non enim dubito, quin, quòd me valde velle putes, in eo tu me ipſum cupiditate vincas. itaque iſtuc jam pro facto habeo. Exſpecto, quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua ſui memoria delectatur. Ego verò Peduceum noſtrum vehementer diligo. 7 nam ecquanti patrem feci, totum in hunc: ipſum per ſe æquè amo, atque illum amavi: te verò plurimum, qui hoc ab utroque noſtrum fieri velis. Si hortos inſpexeris, & ſi de epiſtola certiorem me feceris, dederis mihi quod ad te ſcribam: ſin minùs, ſcribam tamen aliquid. numquam enim deerit.

CICERO ATTICO, S.

2 GRATIOR mihi *celeritas* tua, quàm ipſa res. quid enim indignius? ſed jam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Tuas litteras hodie exſpectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? verum tamen. Oppio, & Balbo epiſtolas deferri jubebis, & tamen Piſonem ſicubi de auro. Faberius ſi venerit, videbis ut tantum attribuatur, ſi modò attribuetur, quantum debetur. accipies ab Erote. Ariarathes 7 Ariobarzani filius Romam venit, vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæſare. nam, quo modo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet. omnino enim Seſtius noſter 9 parochus publicus occupavit: quod quidem facilè patior verumtamen, quòd mihi, ſummo beneficio meo magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, invito eum per litteras, ut apud me *diverſetur*. ad eam rem cùm mitterem Alexandrum, has ei dedi litteras. Cras igitur auctio Peducei. cùm poteris ergo; etſi impediet fortaſſe Faberius: ſed tamen, cùm licebit. Dionyſius noſter graviter queritur, & tamen jure, à diſcipulis abeſſe tam diu. multis verbis ſcripſit ad me, credo item ad te. mihi quidem videtur etiam 10 diutius abſuturus: ac nollem, valde enim hominem deſidero.

CICERO ATTICO, S.

AT E litteras exſpectabam; nondum ſcilicet. nam has mane reſcribebam. Ego verò iſta nomina ſic probo, 3
ut nihil aliud me moveat, niſi quod tu videris dubitare, illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers: 11 qui ſi ipſe negotium meum gererem, nihil gererem, niſi *conſilio tuo*. ſed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua ſemper uteris, quàm quòd dubites de nominibus iſtis, etenim Cœlium non probas: plura non vis. utrumque laudo. his igitur utendum eſt. 12 præs aliquando factus eſſes, & in his quidem tabulis. à me igitur omnia. 13 quòd dies longior eſt (teneamus modò quod volumus) puto fore iſtam etiam à præcone diem, certè ab heredibus. De Criſpo & Muſtella videbis; & velim ſcire quæ ſit pars duorum. D. Bruti adventu eram factus certior. attulerat enim ab eo Ægypta libertus litteras. miſi ad te epiſtolam, quia commode ſcripta erat.

CICERO ATTICO, S.

HABEO munus à te elaboratum 14 de decem legatorum; 4
& quidem puto. nam filius anno poſt Quæſtor fuit, quàm Conſul Mummius. ſed quoniam ſæpius de nominibus quæris quid placeat, ego quoque tibi ſæpius reſpondeo, placere. Si quid poteris cum Piſone, conficies: 15 Avius enim videtur in officio futurus. Velim ante poſſis; ſi minùs,

1. *Ulli ut neque ſeverius.*) Hanc lectionem efformavit Boſius ex corrupta hac Tornæſ. & Scidarum ſcriptura, *ullius neque ſeverius*. vulg omittitur vox, *ulli*.

2 *Temperatius.*) Auctoribus libris ſuis Tornæſ. & Decurt. ſic reſcripſit Boſius. alii, *temperantius*, legunt.

3 *Magis, quam quemadmodum.*) Dictio, *quàm*, Manutio videtur abundare.

4. *Quod ſi efficis.*) Ita erat in mſſ. Boſii. vulgò, *& ſi efficis*.

5. Καταβίωσιν.) Vitæ ad exitum perductionem.

6. *Reperiri poteſt aptius.*) Vulg. *actius*.

7. *Nam ecquanti patrem feci, totum in hunc: ipſum.*) Pro *ecquanti*, vulg. habetur *& quanti*. Ceterùm Victorius ſe hunc locum reſtituiſſe ex codd. ſuis ait, quum antea nullo ſenſu legeretur, *totum in unc ipſum, perſequor æque, &c.*

8. *Ariobarzani.*] Vulg. *Ariobarzanis*.

9. *Parochus publicus.*] Hæc eſt Tornæſii, Victorii, & Malaſp. codicum lectio quæ probatur Lambino. Iunius Fulvium ſequutus legit, *parochus publicus*. vulgò *parochius*.

10. *Diutius afuturus: ac nollem.*] Vulgò & legitur & diſtinguitur, *diutius abfuturus, ac nollem*.

11. *Qui ſi ipſe negotium meum gererem, nihil gererem niſi conſilio tuo.*] Ita Lamb. repoſuit ex Torn. quæ lectio Scidarum auctoritate confirmatur. vulg *quid ſi ipſe negotium meum gererem, niſi conſilio, &c.*

12. *Præs aliquando factus eſſes & in his quidem.*] Ita ex Scidis legit Boſius. vulgati Victorium ſequuntur legentem, *præs aliquando factus eſſes in his*: antea habeatur, *expers aliquando factus eſſes, &c.* Lamb. ex Tornæſ. ut ait, cum Germanis legit, *præs aliquando es*; ex quo Manutius facit *factus eſſes*.

13. *Quod dies longior eſt (teneamus modo quod volumus) puto, &c.*] Manut. ita conjecit legendum, cujus conjecturam confirmavit codex Tornæſ in quo planè ſic ſcriptum repperit Lambinus. vulgati habent, *quod dies longiores teneamus*.

14. *De decem legatorum.*] Ex Scidis & Tornæſ. ſic edidit Boſius; vulg. particula, *de*, abeſt.

15. *Avius enim videtur.*] Ita emendavit Victorius ex vett. codd. antea habebatur, *animus enim, &c.* vulgò legunt *Anius enim, &c.*

tius, utique ſimul ſimus cùm Brutus veniet in Tuſculanum. magni intereſt mea, unà nos eſſe. ſcies autem, qui dies is futurus ſit, ſi puero negotium dederis, ut quærat.

CICERO ATTICO, S.

1 SP. Mummium putaram in decem legatis fuiſſe: 2 ſed videlicet. etenim εὔλογον fratri fuiſſe. fuit enim ad
5 Corinthum. miſi tibi Torquatum. colloquere tu quidem cum Silio, ut ſcribis, & urge. illam diem negabat eſſe menſe Majo, iſtam non negabat. ſed tu, ut omnia, iſtuc quoque ages diligenter. 3 De Criſpo & Muſtella, ſcilicet cùm quid egeris. Quoniam ad Bruti adventum fore te nobiſcum polliceris, ſatis eſt, præſertim cùm hi tibi dies in magno noſtro negotio conſumantur.

CICERO ATTICO, S.

6 DE aquæductu probè feciſti. 4 colamnarium, 5 vide, ne nullum debeamus. quamquam mihi videor audiſſe à Camillo, *commutatam* eſſe legem. Piſoni, quid eſt, quod honeſtiùs reſpondere poſſimus, quam ſolitudinem Catonis? 6 nec coheredibus ſolùm Herennianis, ſed etiam, ut ſcis, (tu enim mecum egiſti) de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaja ſumſerat. ſed agit liberaliter, quoniam negat ſe quidquam facturum contra noſtram voluntatem. coram igitur, ut ſcribis, conſtituemus, quemadmodum rem explicemus. Quod reliquos coheredes conveniſti, 7 planè bene feciſti. Quod epiſtolam meam ad Brutum poſcis, non habeo ejus exemplum, ſed tamen ſalvum eſt, 8 & ait Tiro te habere oportere: &, ut recordor, unà cum illius objurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum reſcripſeram, miſi. Judiciali moleſtia ut caream, videbis. Tuditanum iſtum, proavum Hortenſii, planè non noram; & filium, qui tum non potuerat eſſe legatus, fuiſſe putaram. Mummium fuiſſe ad Corinthum, pro certo habeo. ſæpe enim hic Spurius, 9 qui nuper eſt, epiſtolas mihi pronuntiabat 10 *verſiculis facetis* ad familiares miſſas à Corintho. ſed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. atque hoc etiam accepi, non ſolitos majoreis noſtros legare in decem, qui eſſent imperatorum neceſſarii, ut nos ignari pulcherrimorum inſtitutorum, aut *negligentes* potiùs M. Lucullum, & L. Murenam, 11 & ceteros conjunctiſſimos ad L. Lucullum miſimus. illudque εὐλογώτατον, illum fratri in primis ejus legatis fuiſſe. operam tuam multam! qui & hæc cures, & mea expedias, & ſis in tuis multo *minùs diligens*, quàm in meis.

CICERO ATTICO, S.

SESTIVS apud me fuit, & Theopompus pridie: veniſſe 7
à Cæſare narrabat litteras; hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere; 12 cauſamque eam adſcribere, quæ erat in epiſtola noſtra, ne ſe abſente leges ſuæ *negligerentur*, ſicut eſſet neglecta ſumtuaria. eſt εὔλογον: idque eram ſuſpicatus. ſed iſtis mos gerendus eſt; niſi placet, hanc ipſam ſententiam nos perſequi. & Lentulum cum Metella certè feciſſe divortium. hæc omnia tu meliùs reſcribes igitur quidquid voles, dum modo quid. jam enim non reperio, quid te reſcripturum putem, niſi fortè de Muſtella, aut ſi Silium videris. 13 Brutus heri venit in Tuſculanum poſt horam decimam. hodie igitur me videbit: 14 ac vellem, cùm adeſſes. juſſi equidem ei nuntiari, te, quoad potuiſſes, exſpectaſſe ejus adventum, venturumque, ſi audiſſes; meque, ut facio, continuò te certiorem eſſe facturum.

CICERO ATTICO, S.

PLANE nihil erat, quod ad te ſcriberem. modò enim 8
diſceſſeras, & paullo poſt tripliceis remiſeras. 15 velim cures faſciculum ad Veſtorium deferendum: & alicui des negotium, qui quærat, Q. Faberii fundus num quis in Pompeiano, 16 Nolanove vænalis ſit. Epitomen Bruti Cœlianorum velim mihi mittas, & à 17 Philoxeno 18 Παναιτίου περὶ προνοίας. Te Idib. videbo cum tuis.

CICERO ATTICO, S.

COMMODVM diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit, 9
paullo poſt Curtius; hic ſalutandi cauſa: ſed manſit invitus. Trebatium nobiſcum habemus. hodie manè Dolabella. multus ſermo ad multum diem. nihil poſſum dicere 19 ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. 20 ventum eſt tamen ad Quintum. multa ἄφατα, ἀδιήγητα: ſed unum ejuſmodi, quod niſi exercitus ſciret, non modò Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. ſed hactenus. εὐκαίρως ad me venit, cùm haberem Dolabellam, Torquatus; humaniſſimeque Dolabella, quibus verbis ſecum egiſſem, expoſuit. commodiùs enim egeram diligentiſſimè: quæ diligentia grata eſt viſa Torquato. A te exſpecto, ſi quid de Bruto. quamquam Nicias confectum putabat; ſed *divortium* non probari. quo etiam 21 magis laboro idem, quod tu. ſi quid eſt enim offenſionis, hæc res mederi poteſt. 22 mihi Arpinum eundum eſt. nam & opus eſt conſtitui à nobis illa prædiola; & vereor, ne exeundi poteſtas non ſit, cùm Cæſar venerit: de cujus adventu eam opinionem Dolabella habet, quam tu conjecturam faciebas ex litteris Meſſallæ. cùm illuc venero, intellexeroq; quid negotii ſit; tum, ad quos dies rediturus ſim, ſcribam ad te.



1. *Sp. Mummium.*] Boſius Scidas ſequutus rectè hic inchoat epiſtolam, teſte Iunio.

2. *Sed videlicet: etenim εὔλογον fratri fuiſſe.*] Ita ex antiquis ſuis Boſius antea erat *& videlicet.* Pighius in Faſtis ſuis ad annum urbis DCIV. aſſerit etiam in mſ. veterrimo fuiſſe, *ſed videlicet*; conjicitque: *ſed videre licet.* hoc eſt diſpicere & conſiderare diligentius licet. idem liber ejus habebat, *in decem fuiſſe.* ſine illo *legatis.*

3. *De Criſpo & Muſtella ſcilicet.*] Victorio hæc debetur emendatio, antea legebatur, *De Criſpo & multis ſcilicet.*

4. *Columnarium.*) Fulvius ait eſſe in uno mſ. *colonarium.*

5. *Vide ne nullum debeamus.*] Sic habet codex Torn. probante Lambino. Manut. tamen, Corrad. & Malaſp. malunt legi, *ne ullum.*

6. *Nec coheredibus ſolum.*) Quidam ſic legi volunt, *nec cum coheredibus ſolùm Herenn. ſed etiam, ut ſcis tu, mecum egit de puero Lucullo.* codex Tornæſ. habet, *nec cum heredibus, &c.* omnino locus corruptus videtur Lambino.

7. *Plane bene feciſti.*) Ita Decurt. & Tornæſ. verbum, *feciſti*, abeſt à vulgatis.

8. *Et ait Tiro te habere oportere; & ut recordor.*) Hanc lectionem ſequitur Iunius, quam Lambin. improbat, illud *oportere*, irreptitium exiſtimans, conjecitque poſſe legi, *& ait Tiro apud te eſſe, & ut recor.* ſequitur tamen codices Memm. Huralt. & Tornæſ. qui habent, *& ait Tiro te habere! & ut rec. &c.*

9. *Qui nuper, ſt.*] Emendatio hæc eſt Boſii: vulg. *qui nuper eſt * epiſt. &c.* Manut. ait in uno mſ. legi *qui nuper eſt mortuus*, ſed Boſio non probante, & dubitante Lambino. Victorius aliquid deeſſe agnoſcit.

10. *Verſiculis facetis.*] Vict. & Boſ. lectionem hanc etſi non multum probent, rejicere tamen non audent, illius mſſ. habent, *verſiculis facetes*, hujus verò, ut & duo Palat. *verſiculà factas*; unde conjicit *verſiculis factas.*

11. *Et ceteros conjunctiſſimos.*) Vocem, *conjunctiſſimos*, addidit Boſius ex ſuis mſſ.

12. *Cauſamque eam adſcribere.*) *Eum adſcribere*, vulgò.

13. *Brutus heri venit.*] Hoc principium epiſtolæ in mſ. uno Pal. & probat Iunius.

14. *Ac vellem cum adeſſes. juſſi.*) Ita Lamb. & Boſius ex mſſ. legebatur antea in excuſis, *miſi equidem ei nuntiari.* Iunius ait mſſ. Pal. habere, *miſi equidem & nuntiari.*

15. *Velim cures faſciculum ad Veſtorium.*] Sic emendavit Vict. prius legebatur *velim cures eas titulum Olveſtorium, &c.*

16. *Nolanove vænalis.*] Sic habet mſ. unus Fulvii, ſic etiam veteres Boſii. vulgò *Nolano vænalis ſit.*

17. *Philoxeno.*] In Tornæſiano & Cruſellino eſt, *Piloxeno.*

18. Παναιτίου.) Panætii de providentia.

19. Ἐκτενέστερον.) Prolixius & largius in officiis promittendis, nihil amatius.

20. *Ventum eſt tamen ad Quintum.*] Emendatio Victorii pro eo quod antea legebatur, *ventum eſt tamen ad quæ.* Manutius pro *tamen*, mavult *tandem.*

21. *Magis laboro idem, quod tu.*] Vulg. *magis laboro. Idem quo tu, &c.*

22. *Mihi Arpinum eundum eſt.* Hoc in mſ. Pal. principium epiſt.

## CICERO ATTICO, S.

10 MINIME miror te & graviter ferre de Marcello, & plura vereri periculi genera. QUIS ENIM hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere poſſet? omnia igitur metuenda. ſed illud 1 παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu præſertim: *ME RELIQUUM CONSULAREM.* quid? tibi Servius, quid videtur? quamquam hoc nullam ad partem valet ſcilicet, mihi præſertim, qui non minùs bene actum cum illis putem. quid enim ſumus? aut quid eſſe poſſumus? domine, an foris? quid niſi mihi hoc veniſſet in mentem ſcribere iſta neſcio quæ, quò verterem me, non haberem. ad Dolabellam, ut ſcribis, ita puto faciendum, κοινότερα quædam, πολιτικώτερα. faciendum certè aliquid eſt. valde enim deſiderat. 2 Brutus ſi quid egerit, curabis ut ſciam: cui quidem quamprimum agendum puto, præſertim ſi ſtatuit. *ſermunculum* enim omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit. ſunt enim, qui loquantur etiam mecum. Sed hæc ipſe optimè, præſertim ſi etiam tecum loquetur. 3 Mihi eſt in animo proficiſci XI. Kal. hîc enim nihil habeo quod agam, ne hercule illic quidem, nec uſquam; 4 ſed tamen aliquid illic. Hodie Spinterem exſpecto. miſit enim Brutus 5 ad me: per litteras purgat Cæſarem de interitu Marcelli: in quem, ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet ulla *ſuſpicio*. nunc verò, cùm de Magio conſtet, nonne furor ejus cauſam omnem ſuſtinet? planè, quid ſit, non intelligo. explanabis igitur. quamquam nihil habeo, quòd dubitem, niſi ipſi Magio quæ fuerit cauſa amentiæ: pro quo quidem 6 etiam ſponſor Sunii factus eſt. nimirum id fuit. *ſolvendo* enim non erat. credo eum petiſſe à Marcello aliquid, & illum, ut erat, conſtantiùs reſpondiſſe. 7 οὐ ταυτὸν εἶδος.

## CICERO ATTICO, S.

11 CREDEBAM eſſe facile. totum eſt aliud, poſteaquàm ſum à te 8 disjunctior. ſed fuit faciendum, ut & conſtitueram mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obſervantiæ Bruto noſtro imponerem. poſthac enim poterimus commodiùs colere inter nos in Tuſculano. hoc autem tempore, cùm ille me quotidie videre vellet, ego ad illum ire non poſſem, privabatur omni delectatione Tuſculani. tu igitur, ſi Servilia venerit, ſi Brutus quid egerit, etiam ſi conſtituerit, quando obviam: quidquid denique erit, quod ſcire me oporteat, ſcribes. Piſonem, ſi poteris, 9 convenies. vides, quàm maturum ſit. ſed tamen, quod *commodo tuo* fiat.

## CICERO ATTICO, S.

12 VALDE me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra: eædem tamen ſanaverunt. quòd enim te ipſe conſolabare eiſdem litteris, id mihi erat ſatis firmum ad leniendam ægritudinem. Ligarianam præclarè vendidiſti. poſthac quidquid ſcripſero, tibi præconium deferam. Quod ad me de Varrone ſcribis, 10 ſcis me ante orationes, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nuſquam poſſem intexere. poſtea autem quàm hæc cœpi φιλολογώτερα, jam Varro mihi denuntiaverat magnam ſane, & gravem προσφώνησιν. biennium præteriit, cùm ille Καλλιππίδης aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. ego autem me parabam ad id, quod ille mihi miſiſſet, ut 11 αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, ſi modo potuiſſem. nam hoc etiam Heſiodus adſcribit, 12 αἴκε δύνηαι. nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν, ſanè mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, deſpondimus, 13 idque tu eum non nolle mihi ſcripſiſti. ergo illam, 14 ἀκαδημικὴν, in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo *philologi*, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. etenim ſunt Ἀντιόχεια; quæ iſte valde probat. Catulo & Lucullo alibi reponemus; ita tamen ſi tu hoc probas: deque eo mihi reſcribas velim. 15 De Brinniana auctione accepi à Veſtorio litteras. ait, ſine ulla controverſia rem ad me eſſe collatam (Romæ videlicet, aut in Tuſculano me fore putaverunt) A. D. IIX. Kal. Quint. dices igitur 16 vel amico tuo, S. Vettio cohæredi meo, vel Labeoni noſtro, paullum proferant auctionem; me circiter Nonas in Tuſculano fore. cum Piſone Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adeſt.

## CICERO ATTICO, S.

13 COMMOTUS tuis litteris, quod ad me de Varrone ſcripſeras, totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, transtulique ad noſtrum ſodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. grandiores ſunt omnino, quàm erant illi; ſed tamen multa detracta. tu autem mihi pervelim ſcribas, 17 qui intellexeris illum velle. 18 illud verò utique ſcire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, niſi forte Brutum: 19 id hercle reſtabat: ſed tamen ſcire pervelim. libri quidem ita exierunt, (niſi fortè me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem *ſimile quidquam*. tu illam jacturam feres æquo animo, quòd illa, quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt. multo 20 tamen hæc erunt ſplendidiora, breviora, meliora. nunc autem ἀπορῶ, quò me vertam. volo Dolabellæ 21 valde deſideranti non reperio, quid: & ſimul αἰδέομαι Τρῶας: neque, ſi aliquid, 22 qui potero μέμψιν effugere. aut ceſſandum igitur, aut aliquid excogitandum. ſed quid hæc levia curamus? Attica mea, obſecro te, quid agit? quæ me valde angit. ſed crebro reguſto tuas litteras: in his acquieſco, 23 tamen exſpecto novas.

CICE-

1. Παρὰ τὴν ἱστορίαν.) Præter hiſtoriam, contra veritatem. Junius ait mſſ. Pal. habere παρὰ τὴν ἱστίαν.

2. *Brutus ſi quid egerit,*) Ita legendum ex Decurt. ut & Lamb. emendavit ex Torn. vulgati ſequuntur Victor. qui vocem *egerit* ſupervacaneam putat, atque in nullis mſſ. quos vidit exſtare.

3. *Mihi eſt in animo.*) Hoc alterius epiſtolæ principium in mſſ. uno Palat.

4. *Sed tamen aliquid illic. Hodie.*] Sic Boſius ex Decurtato, vulg. *ſed tamen illic hodie.*]

5. *Ad me: per litteras.*] *Ad me per litteras*, habent vulgatæ edit.

6. *Etiam ſponſor Sunii factus eſt.*) Sic Boſius ex corrupta ſuorum ſcriptura; in Tornæſ. enim habebatur, *ſponſor ſum factus eſt*; in Decurt. verò, *ſponſor Sumi factus eſt.*

7. Οὐ ταυτὸν εἶδος.) Supplendum ex Euripidis Ione, φαίνεται τῶν πραγμάτων Πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν θ' ὁρωμένων: Non eadem facies apparet, cùm res procul ſunt, & cùm propè cernuntur. Sic Boſius depravatam Euripidis lectionem emendat. Lamb. cum Vict. legit, οὐ ταυτὸν εἶδος: vulg. habetur, οὐ γὰρ εἶδος vel ἀναιδέως: in codice Torn. legitur οὐ τὰ τ' εἶδος.

8. *Disjunctior.*] Vulg. *disjunctius.*

9. *Convenies.*] Vulg. *convenias.*

10. *Scis me ante orationes.*] Vulg. *ſcis me antea orat.*

11. Αὐτῷ τῷ.) Eâdem menſura, & melius.

12. Αἴκε δύνηαι.) Si poſſis. Vulg. αἴκε δύνημαι.

13. *Idque tu eum.*) Voculam *tu* quæ abeſt ab excuſis, reſtituit ex mſſ. ſuis Boſius.

14. Ἀκαδημικὴν) Vulg. ἀκαδημαϊκήν.

15. *De Brinniana auctione.*) Ita ex veteribus libris repoſuit Victorius, pro, *Bruttiana auctione.*

16. *Vel amico tuo S. Vettio cohæredi.*) Vulgati codices edunt pro *S. Vettio*, *vel Othoni*, aliter quam mſſ nam in Tornæſ. Decurt. & Cruſell. eſt, *Svettio*. Boſius primam litteram à reliquis disjungens legit *S. Vettio*, id eſt, *Spurio Vettio.*

17. *Quem intellexeris.*] Emendatio Victorii, cum antea legeretur, *qua intellexeris.*

18. *Illud verò utique.*) Particula, *verò*, abeſt à vulgatis.

19. *Id hercle reſtabat.*) Tempore Vict. legebatur, *id ei dereſtabat*; quod ille agnoſcit vitioſum eſſe, & dubitanter conjicit, *id ei reſtabat*; planè improbans eos qui legebant *idem e deterreſtabat.*

20. *Tamen hæc erunt.*] Vulg. *erant.*

21. *Valdè deſideranti.*] *Magis deſideranti*, Vulg.

22. *Qui potero μέμψιν.*) *Qui* deeſt in vulgatis.

23. *Tamen exſpecto novas.*] Victorius mavult, *Nonas*, & hanc ait eſſe priſcam lectionem.

I. Si.

CICERO ATTICO, S.

14 BRINNII libertus, coheres noſter, ſcripſit ad me, velle, 1 ſi mihi placeret, 2 coheredes, & Sabinnm Albium ad me venire. id ego planè nolo. hereditas tanti non eſt. & tamen obire auctionis diem facile poterunt, (eſt enim III. Id.) ſi me in Tuſculano poſtridie Nonas mane convenerint. quòd ſi laxius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur. nihil enim intereſt. quare, niſi jam profecti ſunt, retinebis homines. De Bruto, ſi quid erit: de Cæſare, 3 ſi quid ſcies; ſi quid erit præterea, ſcribes. Illud etiam atque etiam conſideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod ſcripſimus. etſi etiam ad te aliquid pertinet. nam ſcito, te ei dialogo adjunctum eſſe tertium. opinor igitur conſideremus: etſi nomina jam facta ſunt. ſed vel induci, vel mutari poſſunt.

CICERO ATTICO, S.

15 QUID agit, obſecro te, Attica noſtra? nam triduo abs te nullas acceperam: nec mirum: nemo enim venerat: nec fortaſſe cauſa fuerat. itaque ipſe quid ſcriberem non habebam. quo autem die has Valerio dabam, exſpectabam aliquem meorum: qui ſi veniſſet, & à te quid attuliſſet, videbam non defuturum quod ſcriberem.

CICERO ATTICO, S.

16 NOS, cùm flumina, 4 & ſolitudines ſequeremur, quò facilius ſuſtentare nos poſſemus, pedem è villa adhuc egreſſi non ſumus; ita magnos & aſſiduos imbreis habebamus. Illam Academicen σύνταξιν totã ad Varronẽ traduximus. 5 primò fuit Catuli, Luculli, Hortenſii. deinde quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, 6 quòd erat hominibus nota, non illa quidem 7 ἀπαιδευσία, ſed in iis rebus 8 ἀτριψία, ſimul ac veni ad villam, eosdem illos ſermones ad Catonem, Brutumque tranſtuli. ecce tuæ litteræ de Varrone. nemini viſa eſt aptior Ἀντιόχεια ratio. ſed tamen velim ſcribas ad me, primùm placeatne tibi aliquid ad illum, deinde, ſi placebit, hocne potiſſimum. Quid Servilia, jamne venit? Brutus ecquid agit, ecquando? De Cæſare quid auditur? Ego ad Nonas, quemadmodum dixi. Tu cum Piſone, ſi quid poteris.

CICERO ATTICO S.

17 V Kalend. exſpectabam 9 Roma aliquid; non quò imperaſſem. igitur aliquid tuis. nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut ſi aliquid egit, 11 ecquid à Cæſare. ſed quid iſta, quæ *minus curo*? Attica noſtra quid agat, ſcire cupio. etſi tuæ litteræ (ſed jam nimis veteres ſunt) rectè ſperare jubent. tamen exſpecto recens aliquid.

CICERO ATTICO, S.

18 VIDES, propinquitas quid habeat. nos verò conficiamus hortos. colloqui videbamur, in Tuſculano cùm eſſem; tanta erat crebritas litterarum. ſed id quidem jam erit. ego interea admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem: ſed tamen exſpecto, quid ad ea, quæ ſcripſi ad te: primùm, qui intellexeris eum deſiderare à me, cùm ipſe homo πολυγραφώτατος numquam me *laceſſiſſet*: deinde, 12 quem ζηλοτυπεῖν, niſi forte Brutum: quem ſi non ζηλοτυπεῖ, multo Hortenſium minùs, aut eos qui de Rep. loquuntur. planè hoc mihi explices velim: in primis, maneasne in ſententia, ut mittam ad eum, quæ ſcripſi; an nihil neceſſe putes. ſed hæc coram.

CICERO ATTICO, S.

COMMODUM diſceſſerat Hilarus librarius IV. Kalend. 19
cui dederam litteras ad te, cùm venit tabellarius cum tuis litteris pridie datis: in quibus illud mihi gratiſſimum fuit, quòd Attica noſtra rogat te, ne triſtis ſis, quòdque tu ἀκινδύνως eſſe ſcribis. Ligarianam, ut video, præclarè auctoritas tua commendavit. ſcripſit enim ad me Balbus, & Oppius, mirificè ſe probare, ob eamque cauſam ad Cæſarem eam ſe oratiunculam miſiſſe. hoc igitur idem tu mihi antea ſcripſeras. in Varrone juſta cauſa me non moveret, 13 ne viderer φιλένδοξος: (ſic enim conſtituebam, neminem includere in dialogos eorum, *qui viverent*) ſed, quia ſcribis & deſiderari à Varrone, & magni illum æſtimare, eos confeci; & abſolvi, neſcio quàm bene, ſed ita accuratè, ut nihil poſſet ſupra, 14 Academicam omnem quæſtionem libris quatuor. in eis, quæ erant contra 15 ἀκαταληψίαν præclarè collecta ab Antiocho, Varroni dedi: ad ea ipſe reſpondeo: tu es tertius in ſermone noſtro. ſi Cottam, & Varronem feciſſem inter ſe diſputanteis, ut à te proximis litteris admoneor; meum 16 κωφὸν πρόσωπον eſſet. hoc in antiquis perſonis ſuaviter fit, ut & Heraclides in multis, & nos ſex de rep. libris fecimus. ſunt etiam de oratore noſtri tres, mihi vehementer probati. in eis quoque eæ perſonæ ſunt, ut mihi tacendum fuerit. Craſſus enim loquitur, Antonius, Catulus ſenex, C. Julius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. puero me hic ſermo inducitur, ut nullæ eſſe poſſent partes meæ. quæ autem his temporibus ſcripſi, Ἀριστοτέλειον morem habent; in quo ſermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipſum ſit principatus. ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Piſoni darem. 17 ἀζηλοτύπητον id fore putaram, quòd omnes illi receſſerant. hæc Academica, ut ſcis, cum Catulo, Lucullo, Hortenſio contuleram. ſane in perſonas *non cadebant*. 18 erant enim λογικώτεροι, quàm ut illi de iis ſomniaſſe umquam viderentur. itaque, ut legi tuas de Varrone, tanquam 19 ἕρμαιον arripui. aptius eſſe nihil potuit ad id philoſophiæ genus, quo ille maximè mihi delectari



1. *Si mihi placeret.*] Ita Dec. & Torn. vulg. *placet*.
2. *Coheredes & Sabinum.*] Fulvius ait in mſ. ſuo eſſe *coheredes ſe & Sabinum*.
3. *Si quid ſcies; ſi quid erit præterea, ſcribes.*] Sic Decurt. & Tornæſ. vulg. *ſi quid ſcies præterea, ſcribes*.
4. *Et ſolitudines.*] Auctoribus veteribus libris ſic reſcribit Boſius; legitur ſingulari numero, *& ſolitudinem*.
5. *Primò fuit Catuli.*] Eſt à Torn. & Dec. vulgò, *modo fuit Catuli*.
6. *Quod erat hominibus nota.*] Lectio hæc eſt Dec. & Torn. alii habent, *quod erat hominibus non ignota*.
7. Ἀπαιδευσία.) Ignorantia.
6. Ἀτριψία.) Ruditas. Sic repoſuit Victorius, niſi quod dandi caſu legit, antea legebatur ἀτριψία.
9. *V. Kal.*] Ita Lamb. & Boſ. ex Scid. & Torn. vulg. *D. VI exſpectabam*; ex quo Lamb. olim fecerat: *die VI. vel A. D. VI.* ſed nunc Tornæſ. lectionem omnibus præponit.
10. *Romæ aliquid; non quo imperaſſem. Igitur aliquid tuis.*] Sic Boſius ex Scidis & Torn. vulg. *Roma aliquid non imperaſſem igitur aliquid*: quidam legunt; *Roma aliquid novi. imperaſſes igitur aliquid tuis.* ſed Lamb. ſi quid ſit mutandum, ſic mutarit, *Roma aliquid, non quo imperaſſem tuis. igitur nunc eadem illa.*
11. *Ecquid.*] Vulg. *& quid*.
12. *Quem* ζηλοτυπεῖν.) Faernus poſt hoc verbum, deeſſe aliquod putabat, & rectè: nam Boſius ex Decurtato & Tornæſ. hæc verba quæ vulgo deerant addidit, *niſi forte Brutum: quem ſi non* ζηλοτυπεῖ, *multò*,
13. *Ne viderer* φιλένδοξος.) Ambitioſus, amator illuſtrium virorum. Petrus Vict. hoc reſtituit, tum ex mſſ. tum ex olim excuſis, repudians illud, φιλόδοξος, quod in hujus locum irrepſerat.
14. *Academicam omnem quæſtionem libris quatuor.*] Hoc totum ſuſpicatur abundare Manut. ut gloſſema ſuperiorum verborum; ſed malè ſuſpicatur judice Lambino, qui retinendum cenſet.
15. Ἀκαταληψίαν.) Opinionem eorum, qui nihil comprehendi poſſe dicant.
16. Κωφὸν πρόσωπον.) Muta perſona.
17. Ἀζηλοτύπητον.) Sine invidia. Libri excuſi, ἀζηλότυπον, quod non diſplicet Boſio. verùm alterum prætulit, quia reperit in mſſ. ſuis.
18. *Erant enim* λογικώτεροι, *quam ut illi de iis ſomniaſſe unquam viderentur.*] Hoc Vict. & alii reſtituerunt. antea legebatur nullo prorſus ſenſu, *erant enim* λογικώτεροι *quam inviſibilia de iis omnia & iniqua viderentur.*
19. Ἕρμαιον.) Lucrum inſperatum.

ſtari videtur, 1 meaſque parteis, ut non ſim conſecutus, ut ſuperior mea cauſa videatur. 2 ſunt enim vehementer πιθανὰ Antiochia: quæ diligenter à me expreſſa, *acumen* habent Antiochi, *nitorem* orationis noſtrum; ſi modò is eſt aliquis in nobis. ſed tu, dandoſne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. mihi quædam occurrunt: ſed ea coram.

CICERO ATTICO, S.

20 A CAESARE litteras accepi conſolatorias, datas prid. Kal. Maj. Hiſpali. De urbe augenda quid ſit promulgatum, non intellexi; id ſane ſcire velim. Torquato noſtra officia grata eſſe, facilè patior: eaque augere 3 non deſinam. Ad Ligarianam de uxore Tuberonis, & privigna, neque poſſum jam addere, (eſt enim res pervulgata) neque Tuberonem volo defendere. mirificè eſt enim 4 φιλαίτιος. *theatrum* quidem ſanè bellum habuiſti. ego, etſi hoc loco facillimè ſuſtentor, tamen te videre cupio. itaque, ut conſtitui, adero. Fratrem credo à te eſſe conventum. ſcire igitur ſtudeo, quid egeris. De fama nihil laboro: etſi ſcripſeram ad te tunc 5 ſtultè; NIHIL MELIUS. curandum enim non eſt, atqui hoc IN OMNI VITA SUA 6 *QUEMQUE à RECTA CONSCIENTIA 7 TRAVERSUM UNGUEM NON OPORTET DISCEDERE*. 8 viden' quàm φιλοσόφως? an tu nos fruſtra exiſtimas hæc in manibus habere? 9 δεδῆχθαι te noluem, quod nihil erat. redeo enim rurſus eodem. quidquamne me putas curare in toto niſi ut ei ne deſim? id ago ſcilicet, ut judicia videar tenere. 10 μὴ γὰρ αὐτοῖς? vellem tam domeſtica ferre poſſem, quàm iſta contemnere. putas autem me voluiſſe aliquid, quod perfectum non ſit? non licet ſcilicet ſententiam ſuam: ſed tamen quæ tum acta ſunt, non poſſum non probare: & tamen non curare pulchrè poſſum, ſicuti facio. ſed nimium multa de nugis.

CICERO ATTICO, S.

21 AD Hirtium dederam epiſtolam ſanè grandem, quam ſcripſeram proximè in Tuſculano. Huic, quam 11 tum mihi miſiſti, reſcribam alias. nunc aliis malo. Quid poſſum de Torquato, niſi aliquid à Dolabella? quod ſimul ac; continuo ſcietis. exſpectabam hodie, aut ſummum cras ab eo tabellarios: qui ſimul ac venerint, mittentur ad te. A Quinto exſpecto. proficiſcens enim è Tuſculano IIX. Kal. ut ſcis, miſi ad eum tabellarios. Nunc, ad rem ut redeam, INHIBERE illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. eſt enim verbum totum nauticum. quamquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, 12 cùm inhibere eſſent remiges juſſi. id non eſſe ejuſmodi didici heri, cùm ad villam noſtram navis appelleretur. non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab 13 ἐποχῇ remotiſſimum eſt. quare facies, ut ita ſit in libro, quemadmodum fuit. 14 dices hoc idem Varroni, niſi fortè mutavit. nec eſt melius quidquam, 15 quàm ut Lucilius 16 *Suſtineat currum ut bonu ſæpe agitator, equoſq́.* ſemperque Carneades 17 προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ 18 ſimilem facit ἐποχῇ. *inhibitio* autem *remigum* motum habet, & vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim. vides, quanto hoc diligentiùs curem, quàm aut de rumore, aut de Pollione: de Panſa etiam, ſi quid certius (credo enim palam factum eſſe:) de Critonio, ſi quid eſſet: certene de Metello & Balbino. dic mihi, placetne tibi primum edere *injuſſu meo?* hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros ſolitus eſt divulgare; ex quo, 19 λόγοισιν Ἑρμόδωρος. quid illud? rectumne exiſtimas 20 cuiquam ante quam Bruto? cui te auctore. προσφωνῶ. ſcripſit enim Balbus ad me ſe à te quintum *de finibus* librum deſcripſiſſe: in quo non ſanè multa mutavi: ſed tamen quædam. tu autem commodè feceris, ſi reliquos continueris, ne & 21 ἀδιόρθωτα habeat Balbus, & ἕωλα Brutus. ſed hæc hactenus, ne videar 22 περὶ μικρὰ σπουδάζειν. etſi nunc quidem *maxima* mihi ſunt hæc. quid eſt enim aliud? Varroni quidem quæ ſcripſi te auctore, ita propero mittere, ut jam Romam miſerim deſcribenda. ea ſi voles, ſtatim habebis. ſcripſi enim ad librarios, ut fieret tuis, ſi tu velles, deſcribendi poteſtas. ea verò continebis, quoad ipſe te videam; quòd diligentiſſimè facere ſoles, cùm à me tibi dictum eſt. 23 cùm autem fugit me tibi dicere, mirificè Cærelia ſtudio videlicet philoſophiæ flagrans deſcribit à tuis: iſtos ipſos *de finibus* habet. ego autem tibi confirmo (poſſum falli, 24 ut homo) à meis eam non habere. numquam enim ab oculis meis abfuerunt. tantum porro aberat, ut binos ſcriberent; vix ſingulos confecerunt, tuorum 25 tamen ego nullum *delictum* arbitror. 26 idemq; te volo exiſtimare. à me enim prætermiſſum eſt, ut dicerem, eos exire nondum velle. Hui quàm diu de nugis? de re enim nihil habeo, quod loquar. De Dolabella tibi aſſentior. coheredes, ut ſcribis, in Tuſculano. 27 De Cæſaris adventu, ſcripſit ad me Balbus, non ante Kal. Sext. De Attica optimè,

1. *Meaſque parteis.*) Ita in mſſ. Boſii alii habent, *eaſque parteis.*

2. *Sunt enim vehementer πιθανά.*) Vocabulum hoc Græcum quod antea deerat reſtituit Victorius.

3. *Non deſinam. ad Ligarianam de uxore Tuberonis, & privigna, neque poſſum jam addere.*] Hæc ſunt è Decurt. Torn. & Cruſellino. vulgò, *non deſinam. De uxore Tuberonis & privigna atque poſſum jam addere, &c.*

4. Φιλαίτιος.) Accuſandi ſeu criminandi cupidus.

5. *Stultè; NIHIL MELIUS. curandum enim non eſt, atqui hoc*] Ita Boſ. ex Scidis. Junius ait mſſ. Pal. ſic diſtinguere, *ſtultè, nihil melius curandum hominibus eſt? atque hoc. In omni, &c.* vulg. *Curandum enim nobis eſt, atque hoc, &c.* Lamb. addita particula negativa legit, *curandum enim nobis non eſt, atque, &c.* quibuſdam ſic placet ſcribi, *non nihil enim curandum nobis eſt, nihilque melius, atque hoc, in omni vita.*

6. *Quemque.*] Manutius mavult, *quemquam.*

7. *Traverſum unguem non oportet diſcedere.*] Vulg. *tranſverſum unguem non oportere diſcedere.*

8. *Viden' quam* φιλοσόφως? *an tu nos.*] Eſt hoc à Vict. prius habebatur, *videns' quam philoſophos an tu nos, &c.*

9. Δεδῆχθαι *te noluem.*) Morſum eſſe. Mſſ. Victorii ita habent. antea legebatur διδεῖχθαι *te vellem.*

10. Μὴ γὰρ αὐτοῖς.) Neque enim ipſis (ſc. credo.) Cum interrogat. hoc legendum cenſet Boſ.

11. *Tum mihi miſiſti.*) Ita Dec. & Torn. vulg. *tu mihi miſiſti.*

12. *Inhibere eſſent remiges juſſi.*] Vulg. *inhiberi eſſent remiges juſſi.*

13. Ἐποχῇ.) Aſſenſionis retentione.

14. *Dices hoc idem Varroni, niſi fortè mutavit.*) Mſſ. Boſii eſt hæc lectio; vulgata eſt, *dices idem Varroni ſi fortè mutavit.*

15. *Quam ut Lucilius.*) Faërnus probante Urſino legebat, *quam ut Lucilius.*

16. *Suſtineat currum, ut bonus.*) Hexametro huic ordinem ſuum ex antiquis codd. reddidit Victorius, quod & ante eum Germani fecerant: proſa prius videbatur eſſe.

17. Προβολὴν.) Statum jamjam dimicaturi, geſtum pugilis in pugnâ, cùm feriendi causâ brachia protendit.

18 *Similem facit* ἐποχῇ.) Vocabulum Græcum quod hic deerat reſtituit Victorius, & ludit eos qui ſubſtituebant ἐποχὴν ἑρμοδώρου,

19. Λόγοισιν Ἑρμόδωρος.) Ad ſupplendum integrum ſenarium adde: ἐμπορεύεται: Libris Hermodorus mercaturam facit.

20. *Cuiquam ante, quàm Bruto.*) Victorii codicum ſcriptura hæc eſt: prior hæc erat, *cuiquam Bruto;* Vulgati nunc habent, *cuiquam quidquam antequam Bruto.*

21. Ἀδιόρθωτα.) Incorrecta, inchoata. Emendatio hæc debetur Victorio qui ſpurium illud, ἀδωρότατα, hinc furcillis ejecit.

22. Περὶ μικρὰ.) Parvis rebus multum laborare.

23. *Cum autem fugit me.*) Ita omnes mſſ. Boſii, & ita ille legendum arbitratur. Lambinus mavult, *quoniam autem, &c.* dicens quam in mſſ. valere quoniam: vulgò *quemodo autem.*

24. *Ut homo, à meis eam non habere.*) Sic Boſ. ex Decurt. emendavit, ut & antea Lamb. ex Torn. vulg. *ut humanus, à me non habere.*

25. *Tamen ego nullum.*) Sic Decurt. & Torn. vulg. *tamen eo nullum.*

26. *Idemque te volo*] Vulg. *itemque.*

27. *De Cæſaris adventu.*] In mſſ. Pal. principium novæ epiſtolæ.

optimè, 1 quòd leviùs, ac leniùs, & quòd fert εὐκόλως. Quod autem de illa noſtra cogitatione ſcribis, in qua nihil tibi cedo, ea, quæ novi, 2 valde probo, hominem, domum, facultates. quod *caput* eſt, ipſum non novi: ſed audio laudabilia de Scrofa. etiam proximè accedit, 3 ſi quid hoc ad rem: εὐγενέστερος eſt etiam, quàm pater. coram igitur, & quidem propenſo animo ad probandum. accedit enim, quod patrem, ut ſcire te puto, plus etiam, quàm non modò tu, ſed quàm ipſe ſcit, amo, idque & merito, & jam diu.

## CICERO ATTICO, S.

32 DE Varrone, non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. occurrunt mihi quædam. ſed ea coram. te autem ἀστμφιέσταται 4 intexui, faciamque id crebrius. proximis enim tuis litteris primùm, te id non nolle, cognovi. De Marcello, ſcripſerat ad me Caſſius antea; τὰ κατὰ μέρος Servius. 5 ô rem acerbam! ad prima redeo. Scripta noſtra nuſquam malo eſſe, quàm apud te: 6 ſed ea tum foras dari, cùm utrique noſtrum videbitur & ego librarios tuos culpa libero, neque te accuſo: & tamen aliud quiddam ad te ſcripſeram, Cærelliam quædam habere, quæ niſi à te non potuerit. Balbo quidem intelligebam 7 ſatisfaciendum fuiſſe: tantùm nolebam, aut obſoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, ſimul, ac te videro, ſi tibi videbitur, mittam. quid autem dubitarim, cùm videro te, ſcies. 8 *Attributos* quòd appellas, valde probè. Te de prædio aviæ exerceri, moleſtè fero. De Bruto noſtro, perodioſum: ſed *vita fert*. mulieres autem vix ſatis humanè, quæ inimico animo ferant, cùm utraque officio pareat. Tullium ſcribam, nihil fuit, quòd appellares. nam tibi mandaſſem, ſi fuiſſet. nihil enim eſt apud eum poſitum nomine voti: ſed eſt quiddam apud illum meum. id ego in hanc rem ſtatui conferre. itaque & ego rectè tibi dixi, ubi eſſet: & tibi ille rectè negavit. ſed hoc quoque ipſum continuò adoriamur: 9 *lucum* hominibus non ſanè probo, quòd eſt deſertior: 10 ſed habet εὐλογίαν. verùm hoc quoque, ut cenſueris; quippe qui omnia. Ego ut conſtitui, adero: atque utinam tu quoque eodem die. ſin quid, (multa enim) utique poſtridie. etenim coheredes: 11 à quîs ſine te opprimi, malitia eſt. Alteris jam litteris nihil ad me de Attica. 12 Sed id quidem in optima ſpe pono. illud accuſo, non te, ſed illam, ne ſalutem quidem. at tu & illi, & Piliæ plurimam: nec me tamen iraſci 13 indicaris. Epiſtolam Cæſaris miſi, ſi minùs legiſſes.

## CICERO ATTICO, S.

ANTEMERIDIANIS tuis litteris heri ſtatim reſcripſi: 33 14 nunc reſpondeo veſpertinis. Brutus, mallem, me arceſſeret. nam & æquius erat, cùm illi iter inſtaret & ſubitum, & longum: & mehercule nunc, cum ita ſimus affecti, ut non poſſimus planè ſimul vivere, (intelliges enim profectò, 15 in quo maximè poſita ſit συμβίωσις) facilè patiebar nos potiùs Romæ unà eſſe, quàm in Tuſculano. libri ad Varronem non morabantur: 16 ſunt enim defiſti, ut vidiſti: tantum *librariorum menda* tolluntur: de quibus libris ſcis me dubitaſſe. ſed tu videris. item, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarii. Mea mandata, ut ſcribis, explica: 17 quamquam iſta retentione omneis ait uti Trebatius: quid tu iſtos putas? noſti domum. 18 quare confice 19 εὐαγώγως. incredibile eſt, quàm ego iſta non curem. omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offenſioni eſſe, quàm delectationi, poſſeſſiunculas meas. MAGIS ENIM doleo, me non habere, cui tradam, quàm habere, qui utar. atque illud Trebatius ſe tibi dixiſſe narrabat. tu autem veritus es fortaſſe, ne ego invitus audirem. fuit id quidem humanitatis: ſed mihi crede, jam iſta non curo. quare da te in ſermonem, & perſeca, & confice, excita, compella, loquere, ut te 20 cum illo Scæva loqui putes. ne exiſtimes eos, qui *non debita* conſectari ſoleant, quod debeatur, remiſſuros. de die tantum videto, & id ipſum bono modo.

## CICERO ATTICO, S.

QUID eſt, quod Hermogenes mihi Clodius, Andromenem ſibi dixiſſe, ſe 21 Ciceronem vidiſſe Corcyræ? ego enim *audita* tibi putaram. nil igitur ne ei quidem litterarum? an non vidit? facies ergo ut ſciam. Quid tibi ego de Varrone reſcribam? quattuor 22 διφθέραι ſunt in tua poteſtate. quod egeris, id probabo. nec tamen αἰδέομαι Τρῶας: quid enim? ſed, ipſi quàm res illa probaretur, magis verebar. ſed quoniam tu ſuſcipis; in alteram aurem. 34

## CICERO ATTICO, S.

DE retentione, reſcripſi ad tuas accuratè ſcriptas litteras. conficies igitur, & quidem ſine ulla dubitatione, aut 23 retractatione. hoc fieri & oportet, & opus eſt. De Andromene, ut ſcribis, ita putaram. ſciſſes enim, mihique dixiſſes. Tu tamen ita mihi de Bruto ſcribis, ut de te nihil. quando autem illum putas? nam ego Romam pridie Idus. 24 Bruto ita volui ſcribere, (ſed quoniam tu te legiſſe ſcribis, 35



1. *Quod leviùs ac leniùs & quod fert* εὐκόλως.) Vulgati libri habent, *quod levius & quod fert, &c.* ſed Lambin. duo illa vocabula, *ac leniùs*, offendebant, itaque deleri juſſit, legens, *quod leviùs & quod fert* εὐκόλως.

2. *Valde probo; hominem*] Faernus delens, *probo*, legebat, *valde hominem domum, &c.*

3. *Si quid hoc ad rem*] Vulg. *ſi quid ad hoc rem.*

4. *Intexui*] In Torn eſt *intexo.*

5. *O rem acerbam.*] Ex mſſ. expreſsit Boſius particulam ô quæ à vulg. aberat.

6. *Sed ea tum foras dari.*] Hæc correctio eſt Victorii. antea ferebatur, *ſed ea timui foras dari.*

7. *Satisfaciendum*] Germanorum, Victorii & Boſii codices mſſ. habent *ſatfaciendum.*

8. *Attributos quod appellas, valde probè.*] Ex veteribus codd. hæc emendavit Victorius. nam prius legebatur, *ad tribunos quod appelles, valde probo.*

9. *Lucum hominibus.*] Sic Decurtatus; editiones, *locum, &c.*

10. *Sed habes* εὐλογίαν.) Quidam legunt εὐγηρίαν, alii εὐκολίαν.

11. *A quîs ſine te opprimi malitia eſt.*] Codex Torn. habet *militia eſt*: quæ ſcriptura quid ſibi velit, divinare non poteſt Lamb.

12. *Sed id quidem in optima.*] Vulg. *ſed id quidem mihi in optima.*

13. *Indicaris.*] Alii *judicaris*, quod improbat Manutius.

14. *Nunc reſpondeo.*] Vulg. *nunc reſpondebo.*

15. *In quo maximè*] A vulgatis abeſt præpoſitio, *in.*

16. *Sunt enim defiſti.*] Sic repoſuit ex Decurt. Boſius: vulg. *defiſti*, quod Barbarum ait Manutius, & mavult aut *deſcripti* aut *perfecti*. Lambinus ſcripturæ veteris, ut ait, veſtigia ſequutus, emendat, *detexti*. Urſinus dicit in uno mſ. *eſſe defecti*; in aliis *effecti*; ut quam ſequatur ſcripturam non videat.

17. *Quamquam iſta retentione omnis ait uti Trebatius.*) Ante Victor. vulgata lectio erat, *quamquam iſta retentione omnes ut ait ei Trebatius.*

18 *Quare confice* εὐαγώγως.) Sic habet Decurt. Vict. legit εὐλόγως. Lamb. εὐλαβῶς & ita ait eſſe in Torn. quod Boſ. negat, dicitq; ſcribi ΕΥΑΓΩΣ; ut & Iunius in Pal. vulg. pro *quare confice*, legitur, *quam confice.*

19. Εὐαγώγως.) Ut, quò velis, facilè perducas.

20. *Cum illo Scæva.*) Vulg. *Scævola.*

21. *Ciceronem vidiſſe Corcyræ.*) Antiqua Victorii exemplaria pro *Corcyræ* habent *currere*: ille tamen in tantis tenebris receptam lectionem mutare non vult.

22 Διφθέραι.) Pelliti, libri qui membranis & pellibus conteguntur. Ita legendum judice Boſio, ſic etiam repoſuit Vict. in ultima editione. Lambinus quoque teſtatur ita ſcribi in Torn. nihilominus vulgatum διφθέραι præfert.

23. *Retrectatione.*] Vulg. *retractatione.*

24 *Bruto ita volui ſcribere ſed quoniam tu te legiſſe ſcribis, fui fortaſſe* ἀσοφίστερος, *me ex tuis, &c.*] Hæc verba hoc ordine edita erant in veteribus Boſii, qui hîc parentheſin neceſſariam agnoſcit, ridetq; Lambin. qui dicit ſe hunc locum præclarè ſic reſtituiſſe, *Bruto ita volui ſcribere, quoniam ſcєut te intellexiſſe ſcribis, & fui fortaſſe* ἀσοφίστερος, *me ex tuis, &c.*

1. Non

bis, fui fortaſſe ἀσυμφίλιστος) me ex tuis litteris intellexiſſe, nolle eum me quaſi proſequendi ſui cauſa Romam nunc venire. ſed quoniam jam adeſt meus adventus, fac quæſo, ne quid eum Idus impediant, quo minùs ſuo commodo in Tuſculano ſit. nec enim ad tabulam eum deſideraturus eram. in tali enim negotio cur tu unus non ſatis es? ſed *ad teſtamentum* volebam: quod jam malo alio die; ne ob eam cauſam Romam veniſſe videar. ſcripſi igitur ad Brutum, jam illud, quod putaſſem, Idibus nihil opus eſſe. velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Sed quid eſt tandem, quod perhorreſcas, quia tuo periculo jubeam libros dari Varroni? etiam nunc ſi dubitas, fac ut ſciamus. nihil eſt enim illis elegantius. volo Varronem, præſertim cùm ille deſideret; ſed eſt, ut ſcis,

1 *δεινὸς ἀνήρ. τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.*

ita mihi ſæpe occurrit *vultus* ejus, querentis fortaſſe vel hoc, meas parteis in iis libris copioſius defenſas eſſe, quàm ſuas: quod mehercule 2 non eſſe intelliges, ſi quando in Epirum veneris. nam nunc 3 Alexionis epiſtolis cedimus. ſed tamen ego non deſpero probatum iri Varroni: & id, quoniam impenſam fecimus in macrocola, facilè patior teneri. ſed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. quare ſi addubitas, ad Brutum tranſeamus. eſt enim is quoque Antiochius. ô Academiam *volaticam*, & ſui ſimilem, modò huc, modò illuc. ſed, quæſo, epiſtola mea ad Varronem valdene tibi placuit? malè mi ſit, ſi umquam quidquam 4 tam enitar ἔργον. at ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas 5 περιοχὰς perſequi ſolet, ſed 6 Spintharo ſyllabatim.

CICERO ATTICO, S.

26 7 DE Virgilii parte valde probo. ſic ages igitur. & quidem id erit primum; proximum Clodiæ quòd ſi neutrum; metuo, ne turbem, & irruam in Druſum. intemperans ſum in ejus rei *cupiditate*, quam noſti. itaque revolvor identidem in Tuſculanum. quidvis enim potiùs, quàm ut non hac æſtate abſolvatur. Ego, ut tempus eſt noſtrum, locum habeo nullum, ubi facilius eſſe poſſim, quàm Asturæ. ſed quia qui mecum ſunt (credo, quòd mœſtitiam meam non ferunt) domum properant; etſi poteram remanere, tamen, ut ſcripſi tibi, proficiſcar hinc, ne relictus videar. 8 quò autem? Lanuvium? conor equidem in Tuſculanum. ſed faciam te ſtatim certiorem. tu litteras conficies. equidem, credibile non eſt, quantum ſcribam die; quin etiam noctibus. 9 *nihil enim ſomni.* heri etiam effeci epiſtolam ad Cæſarem. tibi enim placebat: quam non fuit malum ſcribi, ſi forte opus eſſe putares. ut quidem nunc eſt, nihil ſanè eſt neceſſe mittere. ſed id quidem, ut tibi videbitur. mittam tamen ad te exemplum fortaſſe Lanuvio, niſi forte Romam. ſed cras ſcies.

CICERO ATTICO, S.

10 DE epiſtola ad Cæſarem, nobis verò ſemper rectiſſimè placuit, ut iſti ante legerent. aliter enim fuiſſemus & in hos inofficioſi, & in noſmet ipſos, ſi illum offenſuri fuimus, pæne periculoſi. iſti autem ingenuè; mihique gratum, quòd, quid ſentirent, non reticuerunt: illud verò vel optimè, quòd ita multa mutari volunt, ut mihi de integro ſcribendi cauſa non ſit: quamquam de Parthico bello quid ſpectare debui, niſi quod illum velle arbitrabar? quod enim aliud argumentum epiſtolæ noſtræ, niſi 11 κολακεία fuit? an, ſi ea, quæ optima putaram, ſuadere voluiſſem, oratio mihi defuiſſet? totis igitur litteris nihil opus eſt. ubi enim 12 ἐπίτευγμα magnum nullum fieri poſſit, 13 ἀπότευγμα vel non magnum, moleſtum futurum ſit; quid opus eſt παρακινδυνεύειν? præſertim cùm illud occurrat, illum, cùm antea nihil ſcripſerim, exiſtimaturum, me, niſi toto bello confecto, nihil ſcripturum fuiſſe. atque etiam vereor, ne putet, me hoc quaſi Catonis μείλιγμα eſſe voluiſſe. quid quæris? valde me pœnitebat. 14 nec mihi in hac quidem re quidquam magis ut vellem, accidere potuit, quàm quòd αὕτη noſtra non eſt probata incidiſſemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum. ſed redeo ad hortos. Planè illuc te ire, niſi tuo magno commodo, nolo. nihil enim urget. quidquid erit, 15 operam in Faberio ponamus. de die tamen auctionis, ſi quid ſcies. Eum, qui è Cumano venerat, quòd & planè valere Atticam nuntiabat, & litteras ſe habere ajebat, ſtatim ad te miſi. 27

CICERO ATTICO, S.

HORTOS quoniam hodie eras inſpecturus, quid viſum tibi ſit, cras ſcilicet. De Faberiano autem, cùm venerit. De epiſtola ad Cæſarem, jurato mihi crede, non poſſum; nec me turpitudo deterret, etſi maximè debebat. *quàm enim* turpis eſt aſſentatio, cùm vivere ipſum turpe ſit nobis? ſed ut cœpi, non me hoc turpe deterret: ac vellem quidem: (eſſem enim, 16 qui eſſe debeam) ſed in mentem nihil venit. nam, quæ ſunt ad Alexandrum hominum eloquentium, & doctorum *ſuaſiones*, vides quibus in rebus verſentur. adoleſcentem, incenſum cupiditate veriſſimæ gloriæ, cupientem ſibi aliquid conſilii dari, quod ad laudem ſempiternam valeret, 17 cohortantur. ad decus non deeſt oratio. ego quid poſſum? tamen neſcio quid *è quercu* exſculpſeram, 18 quod videretur ſimile ſimulacri. in eo 19 quia nonnulla erant paullo meliora, quàm ea, quæ fiunt & facta ſunt, reprehenduntur: quod me minimè pœnitet. 20 ſi enim perveniſſent iſtæ litteræ, mihi crede, nos pœniteret. quid? TV NON VIDES ipſum illum 21 Ariſtoteleis diſcipulum, ſummo ingenio, ſumma modeſtia, 22 poſteaquàm rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe? quid? tu hunc de pompa Quirini contubernalem 28

1. Δεινὸς ἀνήρ) Acer vir, & qui fortè vel inſontem accuſet.
2. *Non eſſe intelliges.*] Hac ſerie mſſ. prætoris Lemovicenſis: vulg. *intelliges non eſſe.*
3. *Alexionis epiſtolis credimus.*] Vetus liber Vrſini, ut & Palat. referente Iunio, habent, *credimus.*
4. *Tam enitar ἔργον.*) Sic Boſ. ex Decurt. Torn. pro ἔργον, habet, *ergo*, ut & mſſ. duo Pal. teſte Iunio; unde ille facit ἔργῳ: vulg. deeſt vox ἔργον. Muretus conjiciebat, *ſi umquam quicquam tam invitâ* ſubaudi, *Minervâ.*
5. Περιοχάς.) Verborum complexiones, periodos.
6. *Spintharo.*) S c mſſ. Boſiani referebant, vulgati *Spinthero.*
7. *De Virgilii parte.*) Non dubium eſt Lambino, quin hæc epiſtola, in libro ſuperiore collocari debeat: quod & vidit Manutius.
8. *Quò autem? Lanuvium?*] Ita mſſ. Boſiani. vulgati, *quo autem Lanuvio?*
9. *Nihil enim ſomni.*] Vulg. *nihil eſt enim ſomni.*
10 *De epiſtola ad Cæſarem.*] Lectionem hanc mſſ. ſuorum vulgatæ Boſius antetulit. illa autem talis eſt, *Epiſtolam ad Cæſarem.*
11. Κολακεία.) Aſſentatio. Verbum hoc Græcum primus integritati ſuæ ſic reſtituit Vict. ex mſſ. quibus erat, *colacia.* antea legebatur, *calacia*; quidam ajunt Beroaldum emendaſſe, *collatio*; quod adeo ridiculum eſt ut credere non poſſit Victorius.
12. Ἐπίτευγμα.) Expetitæ ſei adeptio, proſper ſucceſſus.
13. Ἀπότευγμα) Aberratio ſpei fruſtratio, infelix ſucceſſus.
14. *Nec mihi in hac quidem.*) Vulg. pronomen, *mihi*, abeſt.
15. *Operam in Faberio.*] Sic priſci cod. Boſii: vulg. *operam Faberio.*
16. *Qui eſſe debeam.*] Hoc repoſuit Prætor noſter, auctoribus libris antiquis, vulg. *debebam.*
17. *Cohortantur. ad decus non deeſt.*) Aliter hæc in impreſſis diſtinguuntur, *cohortantur ad decus. Non deeſt, &c.*
18. *Quod videretur ſimile.*] Vulg. *quod videtur.*
19. *Quia nonnulla.*] Vulg. *quod nonnulla.*
20. *Si enim perveniſſent iſtæ litteræ.*] Lamb. exiſtimat hîc duo hæc vocabula, *ad eum*, deſiderari, & à librariis per imprudentiam omiſſa eſſe.
21. *Ariſtoteli.*) Vulg. *Ariſtotelis.*
22. *Poſteaquam rex appellatus ſit.*] Vrſinus ait mſ. unum habere, *poſteaquam rex potitus ſit.*
23. *Non ſcripta deſiderit.*] Vulg. *deſiderat.*

nalem, his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum putas? ille verò potius 1 non ſcripta deſideret, quàm ſcripta non probet. Poſtremò, ut volet. abiit illud, quod tū me ſtimulabat, quod tibi dabam πρόβλημα ἀρχιμήδειον. multò mehercule magis nunc opto caſum illum, quàm tum timebam, 2 vel quem libebit. Niſi quid te aliud impediet, mi optato veneris. 3 Nicias à Dolabella magno opere arceſſitus, (legi enim litteras) etſi invito me, tamen eodem me auctore profectus eſt. Hoc manu mea.

CICERO ATTICO, S.

29 CUM quaſi alias res quærerem de philologis è Nicia, incidimus in Talnam. ille de ingenio nihil nimis: modeſtum & frugi. ſed hoc mihi non placuit. ſe ſcire ajebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam ſanè, & *multarum nuptiarum*: 4 non eſſe probatum mulieribus, quod ita reperirent, rem non majorem DCCC. hoc putavi te ſcire oportere. De hortis ex tuis litteris cognovi, & Chryſippo. in villa, cujus inſulſitatem bene noram, 5 video nihil, aut pauca mutata. balnearia tamen 6 laudat majora: de minoribus ait hiberna effici poſſe. tecta igitur ambulatiuncula addenda eſt: quam ut tantam faciamus, quantam in Tuſculano fecimus, propè dimidio minoris conſtabit iſto loco. ad id autem, quod volumus, 6 ἀφίδρυμα, nihil aptius videtur, quàm lucus quem ego noram: ſed *celebritatem* nullam tum habebat: nunc audio maximam. nihil eſt, quod ego malim. in hoc τὸν τῦφόν μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον. Reliquum eſt, ſi Faberius nobis nomen illud explicat, noli quærere, quanti. Othonem vincas volo. nec tamen *inſaniturum* illum puto. noſſe enim mihi hominem videor. ita malè autem audio ipſum eſſe tractatum, 7 ut mihi ille emtor non eſſe videatur. 8 quid enim? pateretur? ſi Faberianum explicas, emamus vel magno: ſin minus, ne parvo quidem poſſumus. Clodiam igitur, 9 à qua ipſa ob eam cauſam ſperare videor, quòd & multo minoris ſunt, & Dolabellæ nomen jam expeditum videtur, ut etiam 10 repræſentatione confidam. De hortis ſatis. Cras aut te, aut cauſam; quam quidem futuram Faberianam. ſed ſi poteris.

CICERO ATTICO, S.

30 10 CICERONIS epiſtolam tibi remiſi. ô te ferreum, qui illius periculis non moveris! me quoque accuſat. 11 eam tibi epiſtolam miſiſſe? nam illam alteram de rebus geſtis eodem exemplo puto. 12 In Cumanum hodie miſi tabellarium. ei dedi tuas ad Veſtorium, quas Pharnaci dederas. Commodum ad te miſeram Demeam, cùm Eros ad me venit. ſed in ejus epiſtola nihil erat novi, niſi, auctionem biduum. ab ea igitur, ut ſcribis; & velim, confecto negotio Faberiano: quem quidem negat Eros hodie. cras mane putat à te colendus eſt. iſtæ autem κολακεῖαι non longè abſunt *à ſcelere*. te, ut ſpero, perendie. 13 Mi ſecunde potes, erues, qui decem legati Mummio 14 fuerint. Polybius non nominat. ego memini Albinum Conſularem, & Sp. Mummium. videor audiſſe ex Hortenſio, Tuditanum. ſed in Libonis annali, XIV. annis poſt Prætor eſt factus Tuditanus, quàm Conſul Mummius: 14 non ſanè quadrat. ὑλλῶ aliquem Olympiæ, aut ubi viſum, πολιτικὸν σύλλογον, more Dicæarchi, familiaris tui.

CICERO ATTICO, S. 31

V. Kal. manè accepi à Demea litteras pridie datas, ex *quibus aut hodie, aut cras te exſpectare deberem, ſed, ut opinor, idem ego, qui exſpecto tuum adventum, morabor te. non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam ſi eſt futurum, ut non habeat *aliquid moræ*. cùm poteris igitur, quoniam etiamdum abes. Dicæarchi, quos ſcribis libros ſanè velim mihi mittas; addas etiam 15 καταβάσεως. De epiſtola ad Cæſarem, 16 κέκυβικα. atque idipſum, quod iſti ajunt illum ſcribere, ſe, niſi *conſtitutis rebus*, non iturum in Parthos, idem ego ſuadebam in illa epiſtola: 17 ſin; utrum liberet, facere poſſe, auctore me. hoc enim ille exſpectat videlicet, neque eſt facturus quidquam niſi de meo conſilio. obſecro, abjiciamus iſta, & *ſemi liberi* ſaltem ſimus: quod aſſequemur & tacendo, & latendo. Sed & aggredere Othonem, ut ſcribis. confice, mi Attice, iſtam rem. nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non ſim, & tecum eſſe poſſim. quanti autem, hoc mihi venit in mentem. C. Albanius proximus eſt vicinus, is CIↃ jugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria eſt, HS CXV. omnia ſcilicet nunc minoris. ſed accedit cupiditas: in qua, præter Othonem, non puto nos ullum adverſarium habituros. ſed eum ipſum 17 tu poteris movere: facilius etiam, 18 ſi Kanum haberes. ô gulam inſulſam! pudet me patris. reſcribes, ſi quid voles.

CICERO ATTICO, S. 32

ALTERAM à te epiſtolam cùm hodie accepiſſem, 19 nolui te una mea contentum. Tu verò age, quod ſcribis, de Faberio. in eo enim totum eſt poſitum id, quod cogitamus: quæ cogitatio ſi non incidiſſet, 20 (mihi crede iſtuc, ut cetera) non laborarem, quamobrem, ut facis (iſtuc enim addi nihil poteſt) urge, inſta, perfice. Dicæarchi περὶ ψυχῆς utroſque velim mittas, & καταβάσεως. 21 τριπολιτικὸν non invenio, & epiſtolam ejus, quam ad



1. *Vel quem libebit.*] Hæc eſt ſcriptura Tornæſiani, Decurtati & Cruſell. vulgò *quem liber.*

2. *Nicias à Dolabella.*] Hoc principium epiſtolæ in mſ. Palat. & probat Junius.

3. *Non eſſe probatum.*] Vulg. *probatam.*

4. *Video nihil aut pauca mutata. balnearia.*] Ante Victorium legebatur, *video nihil aut paucam, aut ut balnearia.*

5. *Laudat majora. de minoribus.*] Aliter vulgò diſtinguuntur hæc verba; *laudat majora de minoribus, &c.*

6. Ἀφίδρυμα.) Fanum.

7. *Ut mihi ille emptor eſſe non videatur.*) Faernus ex antiquo libro, *non poſſe eſſe videatur.*

8 *Quid enim? pateretur?*] Vulg *quid enim pateretur?*

9. *A qua ipſa.*] Vulg. *à qua ipſam.*

10. *Repræſentatione confidam*] Vulg. *repræſentatione concludam.*

11. *Ciceronis.*] Hæc appinguntur ſuperioribus in vulgatis; epiſtola verò hæc incipit ab illis verbis, *commodum ad te miſeram, &c.*

12 *Eam tibi epiſtolam miſiſſe?*] Auctoribus Scidis ſic ſcripſit Boſius: vulg. *eam tibi epiſtolam miſiſſem.*

13 *In Cumanum hodie*] In iſtis verbis mſ. unus Pal. initium ſtatuit epiſtolæ.

14. *Mi ſecunde potes*] Sic habent Decurtatus & Tornæſ. vulg. pronomen *mi* abeſt.

15. *Fuerint.*] Vulg *fuerunt.*

16. *Non ſane quadrat ὑλλῶ aliquem Olympia.*) Ita veteres libri niſi quod Latinis litteris ſcribunt, *ullo*, quod Boſius Græcum agnovit. Ante legebatur, *non ſanè quadratulè aliquem Olympia*; quod ſe nec intelligere nec corrigere poſſe profitetur Victor: vulgò nunc legitur, *nolo aliquem Olympia, &c.*

17. Κέκυβικα. Decurt. Cruſell. & mſſ. Pal. habent κέκιβικα. Torn. κέκοικα. Vulgatæ lectionis κέκφικα author eſt Vict. quæ non diſplicet Lambino; qui, ſi quid mutandum eſſet, legeret κέκρικα, ſed Corradus putat & mavult legi πέφρικα, alii κέκληκα, alii κέληκα legunt.

18. *Sin; utrum liberet, facere poſſe, auctore me.*), Particulam *ſin*, quæ aberat ex mſſ. ſuis reſtituit Boſius. Lambinus, quum abſente particula locum hunc non intelligeret, ſic emendavit *utrum liberet faceret: poſſe auctore me.*

19. Καταβάσεως.) De deſcenſu in antrum Trophonium.

20. *Tu poteris movere.*) Sic Victorius: vulg *monere.*

21. *Kanum.*) Sic mſſ teſte Victorio, quod mavult Boſius quam vulgatum *Canum.*

22. *Nolui te una.*) Vulgò, *volui te una.*

23. (*Mihi crede iſtuc, ut cetera*) *non laborarem.*) Lipſius legit, *mihi, crede, iſtuc ut cætera non laborarem.* Lib. IV. Antiq. lect. cap. 19.

42. Τριπολιτικόν.) Librum inſcriptum, Tripoliticus. Sic reſtituit ex mſſ. Victor. antea πολιτικὸν legebatur. Antiquus liber Urſini habet περὶ πολιτικῶν, quod an probare debeat, dubitat.

Ariſtoxenum miſit. treis eos libros maximè nunc vellem: apti eſſent ad id, quod cogito. Torquatus Romæ eſt. 1 juſſi, ut tibi daretur. Catulum, & Lucullum, ut opinor, antea. his libris nova procœmia ſunt addita. quibus eorum uterque laudatur. eas litteras volo habeas: & ſunt quædam alia. Et, quod ad te de decem legatis ſcripſi parum intellexti; credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram. de C. Tuditano enim quærebam, quem ex Hortenſio audieram fuiſſe in decem: eum video in Libonis Prætorem 2 P. Popullio, & P. Rupilio 3 coss. annis XIIII ante, quàm Prætor factus eſt 4 legatus eſſe potuiſſet? niſi admodum ſerò Quæſtor eſt factus: quod non arbitror. video enim Curulis magiſtratus eum *legitimis annis* perfacilè cepiſſe. Poſtumium autem, cujus ſtatuam in Iſthmo meminiſſe te dicis 5 in iis ſciebam fuiſſe. is autem eſt, qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidiſti, ſanè ad illum σύλλογον perſonam idoneam. videbis igitur, ſi poteris, ceteros; ut poſſimus 6 πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις.

## CICERO ATTICO, S.

33 NEGLIGENTIAM miram! ſemelne putas mihi dixiſſe Balbum, & Faberium, profeſſionem relatam? quin etiam eorum juſſu 7 miſeram, qui profiteretur. ita enim oportere dicebant. profeſſus eſt Philotimus 8 libertus. noſti credo librarium. 9 ſed ſcribes, & quidem confeſtim. Ad Faberium, ut tibi placet, litteras miſi. 10 cum Balbo autem puto te aliquid feciſſe hodie in Capitolio. In Virgilio mihi nulla eſt δυσωπία. nec enim ejus cauſa ſanè debeo: &, ſi emero, quid erit, quod poſtulet? ſed videbis, ne is cùm ſit in Africa, ut Cœlius. De nomine, tu videbis cum 11 Ciſpio: 12 ſed, ſi Plancus deſtinat, tum habet res difficultatem. Te ad me venire uterque noſtrûm cupit: ſed iſta res nullo modo relinquenda eſt. Othonem quòd ſperas poſſe vinci, ſanè bene narras. de æſtimatione, ut ſcribis, cùm agere cœperimus: etſi nihil ſcripſit niſi de modo agri. Cum Piſone, 13 ſi quid poteris. 14 Dicæarchi librum accepi: & καταδοκῶ exſpecto. 15 Negotium dederis, 16 reperies ex eo libro, in quo ſunt S. C. Cn. Cornelio, L. Mummio coss. De Tuditano autem, quod putas, εὔλογον eſt, tum illum, quoniam fuit ad Corinthum (non enim temerè dixit Hortenſius) 17 aut Quæſtorem aut Tribunum mil. idque potiùs fuiſſe credo. 18 tu de Antiocho ſcire poteris (videt jam) quo anno Quæſtor, aut Tribunus mil. fuerit; 19 ſi neutrum quadret, in præfectis, an in contubernalibus fuerit, modò fuerit in eo bello. 20 De Varrone loquebamur; *lupus in fabula.* venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet. ſed ego ita egi, ut non ſcinderem penulam. 21 memini enim tuum: & multi erant, noſque imparati. quid refert? paulo poſt C. Capito 22 cum T. Carrinate. horum ego vix attigi penulam; tamen remanſerunt: 23 ceciditque bellè. ſed caſu ſermo a Capitone de urbe augenda. 24 a ponte Mulvio Tiberim duci ſecundum monteis Vaticanos; campum Martium 25 coædificari; illum autem campum Vaticanum fieri, quaſi Martium campum. quid ais? inquam. at ego ad tabulam, ut, ſi rectè poſſem, Scapulanos hortos. cave facias, inquit. nam iſta lex perferetur. vult enim Cæſar. 26 audire me facile paſſus ſum. fieri autem, moleſtè fero. ſed tu quid ais? quanquam quid quæro? noſti diligentiam Capitonis in *rebus novis* perquirendis. non concedit Camillo. facies me igitur 27 certiorem de Idibus. iſta enim me res adducebat. eò adjunxeram ceteras; quas conſequi tamen biduo, aut triduo poſt facile potero. 28 te tamen in via confici minimè volo. quin etiam Dionyſio ignoſco. De Bruto quod ſcribis, feci ut ei liberum eſſet, quod ad me attineret. ſcripſi enim ad eum heri, Idib. Maj. ejus opera mihi nihil opus eſſe.

## CICERO ATTICO, S.

ASTURAM veni 29 VIII. KAL. vitandi enim caloris cauſa, Lanuvii III. horas acquieveram. tu velim, ſi grave 34
non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc veniendum ſit, id po-

---

1. *Iuſſi ut tibi daretur.*) In Tornæſ. & Cruſell. legitur, *miſi ut tibi.*
2. *P. Popillio.*) Sic Decurt. & Tornæſ. ut & Faſti Romani: vulg. *L. Popillii.*
3. COSS.) Vocem hanc à veteribus codd. abeſſe dicit Victorius.
4. *Legatus eſſe potuiſſet? niſi admodum ſerò Quæſtor eſt factus.*) In libro doctiſſ. viri ita emendatum eſſe ait Urſinus, *legatus eſſe non potuiſſet niſi admodum ſerò quæſtor eſſet factus.* Pighius in Faſtis ad annum urbis DCXX. conjicit *potuiſſet? non videtur, niſi, &c. ſerò prætor eſt factus.*
5. *In iis ſciebam fuiſſe.*) Vulg. duo priora verba, *in iis*, deſunt.
6. Πομπεῦσαι.) Ex perſonarum dignitate quaſi triumphum agere.
7. *Miſeram.*) Vulg. *miſerim.* Iunius legit *miſi eum.*
8. *Libertus.*) Hoc gloſſema eſſe cenſet Manutius.
9. *Sed ſcribes & quidem confeſtim.*) Ita Decurt. In vulg. hactenus excuſum fuit, *ſed ſcribo & quidem confectum.*
10. *Cum Balbo autem puto te aliquid feciſſe hodie in Capitolio.*) Pro *hodie* vulg. nota. *H.* ponitur; unde Urſinus ait veterem librum habere, *feciſſe HC. CC. in Capitolio.*
11. *Ciſpio.*) Vulg. *Cuſpio.*
12. *Sed, ſi Plancus deſtinat, tum habet res difficultatem.*) Ita reſcripſit Boſius ex Decurt. & Cruſell. ut & antea ſcripſerat Lambin. ex Torn. mihi tamen non diſplicet ea lectio quam affert Malaſp. *ſed ſi Plancus deſtinatum habet, habet res difficultatem.* utrobique nihilominus deſiderat, *ſibi*, ante, *deſtinat*, aut, *deſtinatum.* vulg. *tum haberet difficultatem.*
13. *Si quid poteris.*) Vulg. *poteris.*
14. *Dicæarchi librum accepi.*) Velit legi Lambinus, *Dicæarchi librum* περὶ ψυχῆς.
15. *Negotium dederis.*) Urſinus ait Faërnum primum animadvertiſſe, *negotium, de decem legatis* ſcribendum eſſe. & in eam ſcripturam inclinat Pighius in Faſtis ad annum CCVII. qui conſulatur. Iunius dicit duos mſſ. Pal. habere, *negotium ſi dederis.*
16. *Reperies.*] Omnes Boſii ita habent. vulg. *reperies.*
17. *Aut quæſtorem aut tribunum militum.*] Recepta hæc lectio, Scidarum auctoritate confirmatur: fruſtra ergo illam, judice Boſio, Victorius mutavit.
18. *Tu de Antiocho ſcire poteris (videt jam) quo.*] Sic ex Scidis reſtitutum; vulg. *Sed tu de Antiocho ſcire pot. vide etiam quo, &c.*
19. *Si neutrum quadret, in præfectis an in contubern.*] Lectio hæc eſt à Decurt. Lamb. ſequitur Tornæſ. hanc ſcripturam, *ſi neutrum cadet, in præf. &c.* ſed vitioſam ait eſſe Boſius: Corradus ſic legi vult, *eodemne præfectus, an contubernalis*; ſed inanem eſſe conjecturam vult. Lambin. vulg. *ſi neutrum eodem in præfectis, aut in, &c.* Iunius ex mſſ. Pal. *ſi neutrum eidem in præf.*
20. *De Varrone loquebamur.*] Autumat Manucius hoc eſſe principium epiſtolæ.
21. *Memini enim tuum.*] Ita Scidæ ut & veteres libri Victorii.
22. *T. Carrinate.*] Alii & in his Manutius legunt *C. Carrinate.* Beſſarionis liber prænomen nullum habet.
23. *Ceciditque bellè.*] Ita veteres Boſii referebant. vulgò *cecidit bellè.*
24. *A ponte Milvio Tiberim duci ſecundum.*] Hæc emendatio debetur Vict. prius legebatur, *de urbe augenda à ponte Milvio ad Tiberim, pauci ſecundum, &c.* Lipſius pro, *duci*, mavult *perduci.* d. c. 19.
25. *Coædificari.*] Editio Manutii, *cum ædificari*, illa tamen particula *cum*, illi ſupervacua videtur: malit ille *totum*, vel, *hunc*, ſi modò eſt in aliquo vetere libro.
26. *Audire me facile paſſus ſum.*] Sic in antiquo Beſſarionis libro. in quibusdam legitur, *audirem. facile paſſus ſum.* quod vitioſum Manutius opinatur.
27. *Certiorem de Idibus.*] De *ædibus*, habent vulgati.
28. *Te tamen in via confici.*] Victorius ex veteribus codd. ita emendavit, antea legebatur, *te tamen in tua re confici.*
29. *VIII. Kal. vitandi.*] Sic Dec. vulg. *VIII. Kal. Julias vitandi.*

id potes 1 per Egnatium maximum. Illud in primis, 2 ut cum Publilio, me pænè abſente, conficias: de quo quæ fama ſit, ſcribes *id populus curat ſcilicet.* non mehercule arbitror. etenim hæc decantata erat fabula. ſed complere paginam volui. quid plura? ipſe enim adſum niſi quid tu prorogas. ſcripſi enim ad te de hortis.

35 CICERO ATTICO, S.

ORem indignam! gentilis tuus urbem auget; quam hoc biennio primùm vidit: 3 & ei parum magna viſa eſt, quæ etiam ipſum capere potuerit. hac de re igitur exſpecto litteras tuas. Varroni, ſcribis, te ſimul ac venerit, dati igitur jam ſunt; nec tibi integrum eſt: hui, ſi ſcias quanto periculo tuo: aut fortaſſè litteræ meæ te retardarunt. 4 ſed eas nondum legeras, cùm has proximas ſcripſiſti. ſcire igitur haveo, quo modo res ſe habeat.

36 CICERO ATTICO, S.

5 DE Bruti amore, veſtraque ambulatione, etſi mihi nihil novi affers, ſed idem, quod ſæpe; tamen hoc audio libentiùs, quo ſæpius: eoque mihi jucundius eſt, quòd tu eo lætaris; certiusque eo eſt quod à te dicitur.

37 CICERO ATTICO, S.

HAs alteras hodie litteras. De Xenonis nomine, & de Epiroticis xxxx. nihil poteſt fieri nec commodiùs, nec aptiùs quam ut ſcribis. id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Novi nihil ſanè, niſi Hirtium cum Quinto acerrimè pro me litigaſſe: 6 omnibus eum locis facere, maximeque in conviviis, cùm multa de me, tum redire ad patrem: nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici, quàm alieniſſimos nos eſſe à Cæſare: fidem nobis habendam non eſſe: me verò etiam *cavendum:* (φοβερὸν ἦν, niſi viderem ſcire regem, me animi nihil habere) Ciceronem verò meum vexari. ſed id quidem arbitratu ſuo. Laudationem Porciæ gaudeo me ante dediſſe Leptæ tabellario, quàm tuas acceperim litteras. eam tu igitur, ſi me amas, curabis, ſi modò mittetur, iſto modo mittendam Domitio, & Bruto. De gladiatoribus; de ceteris; quæ ſcribis 7 ἀνεμοφόρητα. facies me quotidie certiorem. Velim, ſi tibi videtur, appelles Balbum, & Offilium de auctione proſcribenda. equidem locutus ſum cum Balbo. placebat. puto conſcripta habere Offilium omnia; habet & Balbus: ſed Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ: ſi Cæſar moraretur, 8 poſſe diem differri ſed is quidem adeſſe videtur. totum igitur conſidera. placet enim Veſtorio

38 CICERO ATTICO, S.

ANte lucem cùm ſcriberem contra Epicureos, de *eodem oleo, & opera* exaravi neſcio quid ad te, & ante lucem dedi. deinde cùm, ſomno repetito, ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mi epiſtola à ſororis tuæ filio, quam ipſam tibi miſi, cujus eſt principium non ſine maxima contumelia. ſed fortaſſe 9 οὐκ ἐπέστησεν, eſt autem ſic: EGO ENIM 10 NON PROBO QUIDQUID NON BELLE IN TE DICI POTEST. poſſe vult in me multa dici non belle, ſed ea ſe negat approbare. 11 hoc quidquam pote impurius? jam cetera leges, (miſi enim ad te) judicabisque. 12 Bruti noſtri quotidianis aſſiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, commotum iſtum aliquando 13 ſcripſiſti aliquid ad me: credo & ad te; idque ut ſciam, facies: nam, ad patrem de me quid ſcripſerit, neſcio: de matre quàm piè? *VOLUERAM*, inquit, *UT QUAMPLURIMUM TECUM ESSEM, CONDUCI MIHI DOMUM: ET ID AD TE SCRIPSERAM, NEGLEXISTI. ITA MINUS MULTUM UNA FUIMUS. NAM EGO ISTAM DOMUM VIDERE NON POSSUM: QUA DE CAUSA, SCIS.* Hanc autem cauſam pater odium matris eſſe dicebat. nunc me juva, mi Attice, conſilio, 14 πότερον δίκας 15 ὕψιον, id eſt utrum aperte hominem aſperner, & reſpuam, 16 ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, ut enim Pindaro, ſic 17 δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. omnino moribus meis illud aptius, ſed hoc fortaſſe temporibus. tu autem, quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum puto. equidem vereor maximè, ne in Tuſculano opprimar, in turba hæc eſſent faciliora. utrum igitur Aſturæ? 18 quid, ſi Cæſar ſubitò? juva me, quæſo, conſilio. utar eo, quod tu decreveris.

CICERO ATTICO, S. 39

O INCREDIBILEM *vanitatem!* ad patrem domo ſibi carendum propter matrem: 19 plena pietatis. hic autem jam langueſcit, & ait 20 ſibi illum jure iratum. ſed utar tuo conſilio. σκολιὰ enim 21 tibi video placere. Romam ut cenſes, veniam, ſed invitus. valde enim in ſcribendo hæreo. 22 Brutum, inquis, eâdem ſcilicet. ſed niſi hoc eſſet, res me iſta non cogeret. nec enim inde venit, unde mallem; neque diu abfuit, neque ullam litteram ad me. ſed tamen ſcire haveo, qualis ei totius itineris ſumma fuerit. Libros mihi, de quibus ad te antea ſcripſi, velim mittas, & maximè 23 Φαίδρου περὶ ὁσίων, & Ἑλλάδος.



1. *Per Egnatium maximùm.*) Ita Boſ. *maximùm*, adverbium. aliter ſcribit. vulg. *per Egnatium Maximum.* Man. putat interpungi debere, *per Egnatium. Maximum*; ſed judice Vrſ. malè. dicit enim in veteribus denariis *Maximum* eſſe *Egnatii* cognomen.

2. *Vt enim Publilio.*) *Vt*, abeſt à vulg. illud reſtituit Boſ.

3. *Et ei parùm.*) Vulg. *& ea parùm.*

4. *Sed eas nondum legeras.*) Torn. *ſi eas nondum legeres.*

5. *De Bruti.*) Hæc ep. vulgò pars eſt ſuperioris.

6. *Omnibus eum locis facere.*) Conjiciebat Faërn. legendum eſſe, *omnibus eum locis furere* quomodo item conjicit Lipſ. d. c. 19. Lamb. delendum putabat *facere.*

7. Ἀνεμοφόρητα.) Levia & ventis diſſipata.

8. *Poſſe diem differri.*) Ita ſcriptum eſt in codicibus Memm. & Hur. & Torn. non ut vult Vict. *poſſe diem in diem differri*: Vrſ. ait eſſe in mſſ. antiquo, *poſſe in diem tertium differri.*

9. Οὐκ ἐπέστησεν.) Non advertit.

10. *Non probo.*) Vict. ait hæc non legi in antiquioribus libris, ſed culpa librarii, ut arbitratur.

11. *Hoc quicquam pote impurius.*] Vulg. *poteſt eſſe impurius.*

12. *Bruti noſtri.*) Locum hunc mancum depravatumque cenſet Vict. dicitque veterem lectionem nec meliorem nec integriorem eſſe ea autem eſt, *qua Bruti noſtri quotidianis aſſiduisque laudibus neque ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt.*

13. *Scripſiſti.*) Man. ait mendoſam eſſe hanc dictionem, & omnes in mendo conſentire antiquos libros; itaque deſtitutus auxilio quicquam immutare non audet.

14. Πότερον) Supplendum ex Platone; qui hæc itidem refert ἀναβὰς utrum exſcenſo alto muro juſtitiæ.

15. Ὕψιον.) Alii, ὕψιον.

16. Ἢ σκολιαῖς ἀπάταις.) Supple ex Platone: τεῖχος ἀναβὰς, an obliquæ & verſutæ fraudis conſcenſo muro. In Torn. & Cruſ. exaratum erat, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. ſed minus rectè, cenſore Dauſq. quamvis id quibusdam placeat, quod & ſequenti epiſtola ſit in dativo. inde enim factum, quod Tullius ea verba mitteret ſuæ conſtructioni.

17. Δίχα μοι νόος.) Ambigit animus ad verum dicendum.

18. *Quid, ſi Cæſar ſubito?*) Eſt à Dec. vulgò, *quid Cæſar.*

19. *Plena pietatis.*) Eſt à mſſ. Boſi. vulg. *plenam pietatis.*

20. *Sibi illum jure iratum.*) Vulg. *tibi illum.*

21. *Tibi video placere.*) Mſſ. Boſ. hæc eſt lectio. vulgò *ſibi.*

22. *Brutum inquis eadem.*) Sic Boſ. ſic & Lamb. qui tamen olim ediderat, *Brutus, inquis, eadem.* vulg. *Brutum? inquis eadem.*

23. Φαίδρου περὶ ὁσίων & Ἑλλάδος.) De iis quæ redundant in Phædro Platonis, & de Græciæ vitâ. Ex fide Dec. ita ſcripſit Boſ. quem laudat Iun. & ait ſic habere mſſ. Palat. vulg. φαίδρου περὶ θεῶν & παλλάδος. Lamb. hic ſequitur Corradi conjecturam hanc, περὶ ὀρῶν τῆς Ἑλλάδος libenter tamen mutaret, accentum & ſpiritum, legeretque; περὶ ὅρων. Victor hic nihil auſus eſt. Germani ſic reſtituere tentarunt: φαίδρου περὶ ὁσίων τῆς Ἑλλάδος. Dauſq. conjiciebat: φαίδρου περὶ Θεῶν, & Παλλάδος; licet ipſa Θεός; ut de ea quid eximium dicat. fors, & περὶ Διός, ut qui ſit ὕπατος κρειόντων: niſi quod vicinius & magis affine elementis, ſententia licet disjunctius; περὶ θεῶν καὶ ΠΕΛΕΙΑΔΟC, de columba fatidica, de qua Herodotus aliique.

## CICERO ATTICO, S.

40 1 ITANE nuntiat Brutus, illum ad bonos viros *εὐαγγέλια*? ſed ubi eos? niſi forte ſe ſuſpendit. 2 hic autem ut fultum eſt? ubi igitur 3 *φιλοτέχνημα* illud tuum, quod vidi 4 in parthenone, Ahalam, & Brutum? 5 ſed quid faciat? illud optimè, 6 SED NE IS QUIDEM QUI OMNIUM FLAGITIORUM AUCTOR, BENE DE NOSTRO. at ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. ita enim 7 ſignificarat iis, quas ad meas. *ATVELLEM ALIQVID 8 DEGVSTASSE DE FABVLIS.* ſed coram, ut ſcribis. etſi, quid mi auctor es? advolone, an maneo? equidem 9 & in libris hæreo, & illum hic excipere nolo: ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa 10 Acronoma. mirum, quàm inimicus ibat, ut ego objurgarem. ſed ego ipſe 11 *κέκμηκα* [κεκπφῶμαι]. itaque poſthac. tu tamen vide, quid de adventu meo cenſeas; & *τὰ ὅλα*, cras ſi perſpici potuerint, mane ſtatim ut ſciam.

## CICERO ATTICO, S.

41 EGo verò Quinto epiſtolam ad ſororem miſi. cùm ille quereretur filio cum matre bellum, & ſe ob eam cauſam *domo ceſſurum filio* diceret; dixi illum commodas ad matrem litteras, ad te nullas. ille alterum mirabatur: de te autem ſuam culpam, quòd ſæpe graviter ad filium ſcripſiſſet de tua in illum injuria. quòd autem relanguiſſe ſe dicit, ego ei tuis litteris lectis 12 *σκολιαῖς ἀπάταις* ſignificavi me non fore. 13 tum enim mentio Canæ. omnino, ſi id conſilium placeret, eſſet neceſſe. ſed ut ſcribis, ratio eſt habenda *gravitatis*; & utriusque noſtrum idem conſilium eſſe debet; etſi in me graviores injuriæ, & certæ notiores. ſi verò etiam Brutus aliquid afferet, nulla dubitatio eſt. ſed coram, magna enim res, & multæ cautionis. cras igitur, 14 niſi quid à te commeatus.

## CICERO ATTICO, S.

42 VENIT ille ad me, *καὶ μάλα κατηφής*: & ego, *σὺ δὲ δὴ τί σύννους*; rogas? inquit, 15 quo iter inſtet, & iter ad *bellum*, idque cum periculoſum, tum etiam turpe. quæ vis igitur, inquam? æs, inquit, alienum: & tamen ne viatici quidem. hoc loco ego ſumſi quiddam de tua eloquentia. nam tacui. at ille: ſed me maximè angit avunculus. quidnam? inquam. quòd mihi, inquit, iratus eſt. cur *pateris*? inquam. malo enim ita dicere, quàm cur committis. non patiar, inquit. cauſam enim tollam. & ego, rectiſſimè quidem. ſed ſi grave non eſt, velim ſcire quid ſit cauſæ. quia, dum dubitabam quam ducerem, non ſatis faciebam matri, ita ne illi quidem. nunc mihi nihil tanti eſt. faciam quod volunt. *feliciter* velim, inquam, teque laudo. ſed quando? nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo. at ego, cenſeo prius, quàm proficiſcaris. ita patri quoque morem geſſeris. faciam, inquit, ut cenſes. hic dialogus ſic concluſus eſt. Sed heus tu, diem meum ſcis eſſe III. NON. Jan. aderis igitur. Scripſeram jam: ecce tibi, orat Lepidus ut veniam. opinor Augures nil habere ad templum 15 effandum. 16 eja tu! *μιᾶς χόρδου*. videbimus te igitur.

## CICERO ATTICO, S.

EGo verò utar prorogatione diei: tuque humaniſſimè 43 feciſti, qui me certiorem feceris atque ita, ut eo tempore acciperem litteras, quo non exſpectarem: tuque ut ab ludis ſcriberes. ſunt omnino mihi quædam agenda Romæ: ſed conſequemur 17 biduo poſt.

## CICERO ATTICO, S.

SUAVES tuas litteras! etſi acerba Pompa, verumtamen ſcire omnia non acerbum eſt, 18 vel de Cotta. popu- 44 lum verò præclarum, quòd propter *malum vicinum*, 19 ne victoriæ quidem ploditur. Brutus apud me fuit: cui quidem valde placebat, me aliquid ad Cæſarem. annueram; ſed pompam videret. Tu tamen auſus es Varroni dare? exſpecto quid judicet. quando autem perleget? De Attica, probo. EST QUIDDAM etiam animum levari cùm ſpectatione, tum etiam religionis opinione, & fama. Cottam mihi velim mittas. Libonem mecum habeo, & habueram ante Caſcam. Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quòd appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum eſſe meum: ſed, ut ajunt, *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. ſciebam Curfidium perneceſſarium Ligariorum: ſed eum video ante eſſe mortuum. da igitur, quæſo, negotium Pharnaci, Antæo, Salvio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

## CICERO ATTICO, S.

FUIT apud me Lamia poſt diſceſſum tuum; epiſtolam 45 que ad me attulit miſſam ſibi à Cæſare: quæ quamquam antè data erat, 20 quàm illæ Diocharinæ, tamen plane declarabat illum antè ludos Romanos eſſe venturum. in qua extrema ſcriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut fruſtra ipſe properaſſet, prorſus ex his litteris non videbatur eſſe dubium, quin ante eam diem venturus eſſet. idemque Balbo, cùm eam epiſtolam legiſſet, videri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos video: ſed quàm multos, fac ſi me amas, ſciam, 21 de Bæbio poteris, & de altero vicino Egnatio.

Quòd

---

1. *Itane nuntiat.* ) Boſ. auctore Dec. & Iun. auctoribus mſſ. Pal. hinc initium duxerunt epiſtolæ: in vulgat. enim hæc una eſt cum ſuperiore.

2. *Hic autem ut fultum eſt?* ) Lamb. ſic legendum conjicit, *hic autem, ut fuit tumeſi*.

3. *Φιλοτέχνημα.* ) Opus ſtudioſè elaboratum. In antiquiore Vict. legitur *φιλολ[...]χνημα*; *quid ille ſtatuere debeat neſcis*.

4. *In Parthenone Ahalam & Brutum?* ) Germani, *in Parthenone? Alani & Brutum*, &c. quod Vict. quoniam melius non habebat, alique, ſecuti ſunt.

5. *Sed quid faciat.* Vulg. *ſed quid faciam*, ubi Faërnus delebat vocem, *quid*.

6. *Sed ne is.* ) Vulg. *quod ne is*.

7. *Significarat iis quas.* ) Vulg. *ſignificarat his litteris, quas*.

8. *Deguſtaſſe de fabulis.* ) Vict. jubet accuratiùs videre, an, *tabulis*, legendum ſit.

9. *Et in libris hæreo.* ) Vulg. *& in his libris*.

10. *Acronoma* ) ita Boſ. ex Dec. & Lamb. ex Torn. correxerunt. Vict. ediderat, *acronimas*, quum antea legeretur, *acrimenia*. Turneb. divinabat, *χερόνησον*. Dauſqueius *παροιμίας δίκην*. Elatum æſtimabat, *ad ſaxa Acroceraunia*. Hor. l. 1. Oda 3 *Infames ſcopulos, Acroceraunia*.

11. *Κεκπφῶμαι* ] Animo ſuſpenſo huc illuc impellor. Boſ. ait aut legendum eſſe *κεκπφῶμαι*, ut edidit, aut *κεκίπφωμαι*. nam in Dec. eſt *κεπφωμαι*, vulg. *κέπφωμα*.

12. *Σκολιαῖς ἀπάταις.* ) Verſutæ fraudis, ſupple, murum aſcenſurum. In Torn. ut & in excuſis, eſt *σκολιαῖς ἀπάταις*.

13. *Tum enim mentio Canæ.* ) Sic Dec. vulgati libri, *Canæ*. Vict. hunc locum corruptum arbitratur, ſed mederi nequit librorum auxilio deſtitutus.

14. *Niſi quid à te commeatus.* ) Vulg. *commeatus*. legendum autem videtur Lipſio, *niſi quid a te commentetur*, aut quod probabilius putat, ultima vox ad principium ſequentis epiſtolæ ablegenda eſt hoc modo: *commutur venit ille ad me*. videatur d. l. IV. c. 19.

15. *Quo iter inſtet.* ) Eſt Dec. vulg. *quod iter inſtet*.

16. *Effandum.* ) Vulg. *affandum*.

17. *Eja tu μιᾶς χόρδου* ) Concinnavit hoc Boſ. ex corrupta hac mſſ. omnium quos vidit ſcriptura, *eatur μιᾶς χόρδου*. Vict. hîc nihil videns, propoſuit ſuorum codicum lectionem examinanandam, quæ hæc eſt; *eatnrimiſi ἀσκόρδου*; quam probam cenſet Iun. Alii, & in his Lamb. legunt, *ad templum effandum Saturni ἀσπόνδου*.

18. *Biduo poſt.* ) Particula, *poſt*, non eſt in vulg.

19. *Vel de Cotta.* ) Nonnullos mſſ. eſſe qui, *de Cota*, habent, ait Victor. alii legunt, *vel de toto*.

20. *Ne Victoriæ quidem ploditur.* ) Reſtituit hoc Vict. ex mſſ. prius legebatur, *ne Victoria quidem ploditur*: quam lectionem defendebat Budæus.

21. *Quam illæ Diocharinæ.* ) Hæc eſt conjectura Montagnani, quam probat Man. vulg. *illa Diocharina*. Urſ. ait veterem librum habere, *Dicarchea*, ut forte legendum ſit *Dicaarchea*.

22. *De Bæbio.* ) Vulg. *De Babio*.

3. Pendus

Quòd me hortaris, ut eos dies conſumam *in philoſophia* explicanda; currentem tu quidem: ſed cum Dolabella vivendum eſſe iſtis diebus vides. quòd niſi me Torquati cauſa teneret, ſatis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſſem, & ad tempus redire. Lamia quidem à Balbo (ut videbatur) audiverat, multos nummos domi eſſe numeratos, quos oporteret quamprimùm dividi. magnum 1 pondus argenti, præter prædia: auctionem primò quoque tempore fieri oportere: ſcribas ad me velim quid tibi placeat. equidem, ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligentiorem, nec officioſiorem, 2 nec noſtri ſtudioſiorem facilè delegiſſem Veſtorio: ad quem accuratiſſimas litteras dedi, quod idem te feciſſe arbitror. mihi quidem hoc ſatis videtur. tu ſi quid dicis? unum enim pungit, ne negligentiores eſſe videamur. exſpectabo igitur tuas litteras.

## CICERO ATTICO, S.

46 POLLEX quidem, ut dixerat, ad Idus Sext. ita mihi Lanuvii pridie Idus præſto fuit; ſed planè Pollex, non index. cognoſces igitur ex ipſo. Balbum conveni 3 (Lepta enim de ſua vini curatione laborans, me ad eum perduxerat) 4 meo autem Lanuino, quod Lepido tradidi ex eo hoc primùm: paulò antè acceperam eas litteras, in quibus magnopere confirmat, antè ludos Romanos. legi epiſtolam; multa de meo Catone, 5 quo ſæpiſſimè legendo ſe dicit copioſiorem factum; Bruti Catone lecto ſe ſibi viſum diſertum) 6 ex eo cognovi cretionem Cluvii (ô Veſtorium negligentem!) liberam cretionem, teſtibus præſentibus, ſexaginta diebus. metuebam ne ille 7 arcendus eſſet. nunc mittendum eſt, ut meo juſſu cernat. idem igitur Pollex. etiam de hortis Cluvianis egi cum Balbo 8 liberaliùs: ſe enim ſtatim ad Cæſarem ſcripturum: Cluvium autem 9 à Tito Hordeonio legare & Terentiæ H S ꝉↄↄↄ & ſepulchro, multisque rebus; nihil à nobis ſub accuſa quæſo Veſtorium. Quid minus probandum; quàm Plotium unguentarium per ſuos pueros omnia tanto antè Balbo; illum mi ne per meos quidem? 10 De Coſſinio doleo; dilexi hominem. Quinto delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit. & emptionibus; ex quibus mi etiam æs alienum faciendum puto. De domo Arpini, nihil ſcio. Veſtorium nihil eſt quod accuſes. jam enim obſignata hac epiſtola noctu tabellarius noſter venit, & ab eo litteras diligenter ſcriptas attulit, & exemplum teſtamenti.

## CICERO ATTICO, S.

47 POSTEAQUAM *abiit* 11 *Agamemno, non ut venirem* (nam id quoque feciſſem, niſi Torquatus eſſet) ſed ut ſcriberem. 12 *tetigit aures nuntius*, extemplo inſtituta omiſi, ea, quæ in manibus habebam, abjeci; quod juſſeras edolavi. Tu velim è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias. turpe eſt enim nobis illum, qualiſcumque eſt, hoc primo anno egere. poſt moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus eſt, ut ille cernat. Planè Puteolos non fuit eundum, cum ob ea quæ ad te ſcripſi, tum quòd Cæſar adeſt. Dolabella ſcribit ſe ad me poſtridie Idus. ô magiſtrum moleſtum! Lepidus ad me heri veſperi litteras miſit Antio: nam ibi erat; habet enim domum, quam nos vendidimus: rogat magnopere ut ſim KAL. in Senatu; me & ſibi, & Cæſari vehementer gratum eſſe facturum. puto equidem nihil eſſe. dixiſſet enim tibi fortaſſe aliquid Oppius; quoniam Balbus eſt æger. ſed tamen MALIM venire fruſtra, quàm deſiderari, ſi opus eſſet: moleſtum ferre poſtea. itaque hodie Antii: cras ante meridiem, domi. Tu velim, niſi te impediviſti, apud nos pridie Kal. cum Pilia. Te ſpero cum Publio confeciſſe. equidem Kal. in Tuſculanum recurram. me enim abſente omnia cum illis tranſigi malo. Q. fratris epiſtolam ad te miſi, non ſatis humanè illa quidem reſpondentem meis litteris, ſed tamen quod tibi ſatis ſit, ut equidem exiſtimo, tu videbis.

## CICERO ATTICO, S.

HERI neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe, cùm diceres te in Tuſculanum venturum: quod utinam; iterum utinam; tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut, ſi quid ſibi opus ſit, accurram. mortuus enim Babullius. Cæſar, opinor, ex uncia: etſi nihil adhuc; ſed Lepta ex triente. veretur autem ne non liceat *tenere* hereditatem, ἀλόγως omnino; ſed veretur tamen. is igitur ſi acciverit, accurram; ſin minùs, 13 antequam neceſſe erit. Tu Pollicem, cùm poteris. 14 Laudationem Porciæ tibi miſi correctam: ac eò properavi, ut ſi forte aut Domitio filio, aut Bruto mitteretur, hæc mitteretur. id ſi tibi erit commodum, magnopere cures velim: & velim M. Varronis & 15 Lollii mittas laudationem; utique. nam illam legi. volo tamen *reguſtare*. quædam enim vix mihi credo 16 legiſſe me. 48

## CICERO ATTICO, S.

17 ATTICAE primùm ſalutem, quam equidem ruri eſſe arbitror. multam igitur ſalutem & Piliæ. De Tigellio, ſi quid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius ſcripſit, 18 *μέμψιν ἀναφέρει* mihi quandam iniquiſſimam, me Phameæ defuiſſe, cum ejus cauſam recepiſſem: quam quidem receperam contra pueros Octavios Cn. filios *non libenter*; ſed & Phameæ cauſa volebam. erat enim, ſi meminiſti, in Conſulatus petitione per te mihi pollicitus, ſi quid opus eſſet: quod ego perinde tuebar, ac *ſi uſus eſſem*. is ad me venit, dixitque judicem operam dare ſibi conſtituiſſe eo die ipſo, quo de Seſtio noſtro lege Pompeja in conſilium iri neceſſe erat. ſcis enim dies illorum judicio-rum

1. *Pondus argenti, præter prædia: auctionem* ] Ita etiam Lambin. legebat, vel *præterea prædia: auctionem, &c.* prout etiam legebat Mal. vulg. *auctionem præter prædia, &c.* quam lectionem mutandam non eſſe, contendit Iun.

2. *Nec noſtri ſtudioſiorem* ) Hæc verba quæ deſunt in vulgatis, ex Scid. Torn & Cruſ. reſtituit Boſ.

3. *Lepta enim de ſua vini curatione laborans.* ) Ita emendavit Boſius ex Dec. ut & Pantag. ante ipſum. cod. ex Torn & Huralt. & Memm. habent partim, *de ſua vini curatione*, partim, *de ſua vi in curatione*, quam lectionem probat Vict. Lamb. ferri non poſſe contendit, & mavult, *de ſua Lanuini curatione*, vel, *de ſua re ac ratione laborans*, ex corrupta hac cod. Ferriani ſcriptura, quam affert Man *de ſuperiore dubitans, de re ſua in ratione laborans*.

4. *Meo autem Lanuino.* ) Ita habent Scid. Man. edidit *in eo autem Lanuino*, pater illius, *meo autem Lanuvio*, quod vulgus ſequitur. alii, *me autem Lanivio*.

5. *Quo ſæpiſſimè* ) Vulg. *quem ſæpiſſimè*

6. *Ex eo cognovi cretionem Cluvii (ô Veſtorium negligentem!) liberam cretionem, teſtibus præſentibus, ſexaginta diebus* ) Sic hunc locum edidit Boſ. ex fide Dec. Torn. & Cruſ. vulgò, *ex eo cognoveret Cluvii (ô Veſt. neg.) liberam, teſtibus præſentibus ſexaginta diebus*. Faërn. jam olim poſt vocem, *liberam*, addiderat, *cretionem*; poſteriorem autem partem ſic legebat Ant. Aug *teſtibus præſentibus diebus* 62. approbante Pantag. qui ipſe ita correxerat, *teſtibus frequentibus* 60 *diebus*.

7. *Arcendus.* ) Ex Dec. eſt: vulgò *arceſſendus*.

8. *Liberaliùs.* ] Germani ediderunt, *illiberaliùs*, valde improbante Vict.

9. *À T. Hordeonio.* ] Emendatio hæc debetur Vict. antea habebatur *Attico Hardeonio*.

10. *De Coſſinio doleo.* ] Et hoc ex vetuſtis cod. reſtituit Vict. quod & Germani adnotarunt. prius erat, *Deos mihi doleo*.

11. *Agamemno, non ut venirem.* ] Ita reſtituit Vict. prius deerat particula *non*.

12. *Tetigit aures nuntius, extemplo inſtituta omiſi, ea quæ in manibus habebam, abjeci* ] Germani, Lamb. & Boſ. ita reſtituerunt ex mſſ. ſuis. Vict. ait tamen ſe verba hic reſtituta, *aures nuntius, extemplo inſtituta*, in nullo mſ. repériſſe ac proinde ſe rejicere. Faërn. etiam quum hæc non agnoſceret, exiſtimavit verbum *abjeci*, ſupervacaneum eſſe. Boſ. *nuntius*, in, *nuntiis* mutavit. Gul. in Plauti Ciſtellariam c.4 putabat hîc verſum eſſe veteris poëtæ, ſed verbis Ciceronis involutum;

*Poſteaquam abiit Agamemno, tetigit aures nuntius.*

13. *Antequam neceſſe erit.* ] Vulg *haud antequam receſſe*.

14. *Laudationem.* ] Hoc eſt alius epiſtolæ principium in vulgatis editionibus.

15. *Lollii.* ] Vulg *Ollii*.

16. *Legiſſe me* ] Vulg. pronomen, *me*, abeſt.

17. *Atticæ primum.* ] Hæc epiſt. jungitur ſuperioribus vulgò.

18. *Μέμψιν.* ) Accuſationem intendit.

I. Ait

gum præſtitutos fuiſſe. reſpondi, non ignorare eum, quid ego deberem Seſtio: quem vellet, alium diem ſi ſumſiſſet, me ei non defuturum. ita tum ille diſceſſit iratus. puto me tibi narraſſe. non laboravi ſcilicet, nec hominis alieni injuſtiſſimam iracundiam mihi curandam putavi. Gallo autem narravi, cùm proximè Romæ fui, quid audiſſem; neque nominavi Balbum minorem. Habuit ſuum negotium Gallus, ut ſcribit. 1 ait illum, me *animi conſcientia*, quòd Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari. quare tibi hactenus mando, de illo noſtro, ſi quid poteris exquiras; de me nequid labores. *EST, BELLUM* aliquem libenter odiſſe; 2 eſt; 3 quemadmodum non omnibus ſervire. etſi mehercule, ut tu intelligis, magis mihi iſti ſerviunt, ſi obſervare ſervire eſt.

## CICERO ATTICO, S.

50 ADMONITUS quibuſdam tuis litteris, ut ad Cæſarem uberiores litteras 4 mittere inſtituerem, cùm mihi Balbus nuper in Lanuvino dixiſſet, ſe, & Oppium ſcripſiſſe ad Cæſarem, me legiſſe libros contra Catonem & vehementer probaſſe; conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam Cæſari, quæ deferretur ad Dolabellam: ſed ejus exemplum miſi ad Oppium, & Balbum; ſcripſique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam juberent meas litteras, ſi ipſi exemplum probaſſent. ita, mihi reſcripſerunt, nihil umquam ſe legiſſe melius, epiſtolamque meam juſſerunt dari Dolabellæ. Veſtorius ad me ſcripſit, ut juberem mancipio dari ſervo ſuo, pro mea parte, Heterejo cuidam fundum Brinnianum; ut ipſe ei Puteolis rectè mancipio dare poſſet. eum ſervum, ſi tibi videbitur, ad me mittes. opinor enim ad te etiam ſcripſiſſe Veſtorium. De adventu Cæſaris idem, quod à te, mihi ſcriptum eſt ab Oppio, & Balbo. Miror te nihildum cum Tigellio, vel ut hoc ipſum, quantum acceperit: prorſus haveo ſcire, nec tamen flocci facio. 5 Quæris quid cogitem de obviam itione; quid cenſes, niſi Alſium? & quidem ad Murænam de hoſpitio ſcripſeram: ſed opinor cum Matio profectum. Saluſtius igitur urgebitur. Scripto jam ſuperiore verſiculo, Eros mihi dixit, ſibi Murænam liberaliſſimè reſpondiſſe. Eo igitur utamur. 6 nam Silius culcitras non habet. Dida autem, opinor, hoſpitibus totam villam conceſſit.

## CICERO ATTICO, S.

7 AD Cæſarem quam miſi epiſtolam, ejus exemplum fugit me tum tibi mittere; 8 nec id fuit quod ſuſpicaris, ut me puderet tui, ne *ridiculè* hemicillus: nec mehercule ſcripſi aliter, ac ſi πρὸς ἴσον ὅμοιόν que ſcriberem. bene enim exiſtimo de illis libris, ut tibi coram. itaque ſcripſi 9 ἀκολακεύτως, & tamen ſic, ut nihil eum exiſtimem lecturum libentius. De Attica nunc demum mihi eſt exploratum. itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi, & quidem quamprimùm. nam pendeo animi. 10 Narro tibi, Quintus cras. ſed ad me, an ad te neſcio. mi ſcripſit Romam VIII. Kal. ſed miſi, qui invitaret: etſi hercle jam Romam veniendum eſt, ne ille antè advolet. 51

## CICERO ATTICO, S.

52 O HOSPITEM mihi tam gravem! 11 ἀμεταμέλητον. fuit enim perjucundè. ſed cùm ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet, villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret: quippe 12 hominum CIↃ CIↃ. ſanè ſum commotus quid futurum eſſet poſtridie: ac mihi Barba Caſſius ſubvenit: cuſtodes dedit. caſtra in agro: villa defenſa eſt. ille tertiis Saturnalibus apud Philippum 13 ad horam VII. nec quemquam admiſit. rationes opinor cum Balbo. inde ambulavit in litore. 14 Poſt horam VIII. in balneum: 15 tum audivit de Mamurra: vultum non mutavit: unctus eſt; accubuit; 16 ἐμετικὴν agebat. itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & jucundè; opiparè ſanè, & apparatè: nec id ſolum, 17 *ſed bene cocto, & condito ſermone bono, & ſi quæris, libenter.* præterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copioſè. libertis minus lautis, ſervisque nihil defuit. nam lautiores eleganter accepti. quid multa? homines viſi ſumus, 18 hoſpes tamen non is, cui diceres, *amabo te*, 19 *eodem ad me cùm revertere.* ſemel ſatis eſt. 20 σπουδαῖον οὐδὲν in ſermone: φιλόλογα multa. quid quæris? delectatus eſt, & libenter fuit. Puteolis ſe ajebat unum diem fore, alterum ad Bajas. Habes hoſpitium, ſive 21 ἐπισταθμείαν odioſam, mihi, 22 dixi, non moleſtam. Ego paulliſper hic deinde in Tuſculanum. Dolabellæ villam cùm præteriret, omnis armatorum copia, dextra ſiniſtra *ad equum*, nec uſquam alibi. hoc ex Nicia.



1. *Ait illum, me animi conſcientia.*) Iun. ex duobus mſſ. Pal. legit, *ait illum, animi conſcientia,* &c.

2. *Eſt; quemadmodum.* Ita Boſ. ex Dec. vulgò *& quemadmodum.* Man. delet particulam, *&*

3. *Quemadmodum non omnibus ſervire.*) Lamb. legit, *& quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnibus ſervire.*

4. *Mittere inſtituerem.*) Boſ. ex mſſ. ſuis. Codices formis impreſſi, *mitterem, inſtituerem.* quam lectionem ſequitur etiam Vict.

5. *Quæris quid cogitem.*) Alia epiſt. vulgò eſt.

6. *Nam Silius.*) *Salluſtius* legendum videtur Man. cùm proximè dixerit, *Salluſtius igitur urgebitur,* vel, ut ubique, *Silius.*

7. *Ad Cæſarem.*) Hæc vulgò appinguntur ſuperioribus.

8. *Nec fuit id quod ſuſpicaris, ut me puderet tui, ne ridiculè hemicillus.*) Ex præſcripto Dec. hæc ſunt, vulgò pro, *hemicillus*, legitur, *Micillus* quidam libri habent, *ne ridiculè,* &c. Lamb legit, *quod ſuſpicaris quod ita ſcripſerim;* vel, *quod ſuſpicaris quod me puderet,* &c. Iun. legit, *ne ridiculè: mihi cillus.*

9. Ἀκολακεύτως.) Citra accuſationem, ſimulationem.

10. *Narro tibi.*) Priſca Boſii ita habent. vulg. *Narrabo tibi.*

11. Ἀμεταμέλητον.) Quem non pœniteet.

12. *Hominum CIↃ CIↃ.*) Hoc reſtituit Vict. prius vulgabatur, *hominum CCCCM.*

13. *Ad horam VII.*) Et hoc eſt è veteribus Vict. antea legebatur, *ad IIX. Nonas.*

14. *Poſt horam IIX.*) A Vict. eſt prius habebatur, *poſt hæc,* &c.

15. *Tum audivit de Mamurra, vultum non mutavit.*) Lamb. & Boſ. ex ſuis mſſ. reſtituerunt vocem *vultum.*

16. Ἐμετικὴν *Agebat.*) Curationem per vomitum. *Egerat,* Pal.

17. *Sed bene cocto, & condito ſermone bono, & ſi quæris libenter.*) Pant. *ſed bene cocto conditoque pavone, bono & ſingulari accipenſere.* minus rectè. verſus potius diſtinguendi erant *bene cocto, & condito ſermone bono, & ſi quæris, libenti,* ut emendabat Gul.

18. *Hoſpes tamen non is, cui diceres.*) Correxit hoc Vict. ex mſſ. antea enim legebatur, *hoſpes tamen novis qui diceres.*

19. *Eodem ad me, cum revertere.*) Man. ſupervacaneum videtur *ad me*, cùm dixerit, *eodem.* Pantag. legebat, *eandem ad me quom revertere.*

20. Σπουδαῖον.) Serium nihil.

21. Ἐπισταθμείαν) Hoſpitii procurationem.

22. *Dixi.*) Vulgò, *duxi.*